



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Liber XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-
ciensis Episcopi, de Pœnitentia,
Decretorum Liber XIX.

ARGUMENTVM LIBRI.

Liber hic corrector vocatur, & medicus: quia correctiones corporum, & animarum medicinas plenè continet, & docet unumquemque sacerdotem, etiam simplicem, quando vnicuique succurrere valeat, ordinato, vel sine ordine pauperi, diuini, pueri, iuueni, seni, decrepito, sano, infirmo in omni astate, & in utroque sexu.

Quo tempore presbyteri plebium, canonica autoritate discordantes ad pacem, & delinquentes ad penitentiam, compellere debeant. Cap. I.

Ex pœni-
tentiali
Romano.

Ebdomada priori ante initium Quadragesimæ, presbyteri plebium conuocent se populum, & discordantes canonica autoritate reconcilient, & omnia iuramenta tunc primum confitentibus penitentiam dent, ita ut antequam caput ieunij veniat, confessi penitentiam acceptam habeant, ut libenter dicere possint, dimitte nobis debita nostra, sicut & non debmittimus debitoribus nostris.

Quomodo sacerdotes plebem sibi commissam tempore pœnitudinis admonere, & instruere, debeant.

Caput. II.

Ex dictis
August.

Presbyteri admonere debent plebem sibi subiectam, vñ Omnis qui se sentit mortifero peccati vulnere fuscum, feria quarta ante Quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad viuificatricem matrem Ecclesiam: vñ quod male commisit, cum omni humilitate, & contritione

cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia pœnitentiae secundum modum canonicis autoritatibus præfixum. Non solum autem ille qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo quicunque se recognoscit immaculatam Christi tunicam quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet venire, & cum puritate mentis omnes transgressiones, omnia peccata, quibus Dei offendit se incurrit meminit, humiliter confiteatur: & quicquid ei a sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotens Dei ore esset prolatum, ita diligenter intendat, & cautissimè obseruat.

Episcopi, vel presbyteri quando fidelium recipiunt confessiones humiliare se debent, & cum tristitiae gemitu laetiorumque orare, non solum pro suis delictis, sed etiam pro fratri casu. Ait enim Apostolus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Cum ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua, madet ei sacerdos, ut expectet modicum donec intret Ecclesiā, aut in cubiculū suum ad orationem. Si autem locus non est aptus ad hoc, in corde suo dicat hanc orationem.*

Oratio sacerdotis dicenda ad pœnitentiam venientibus. Cap. III.

D^Omne Deus omnipotens propitius esto mihi peccatori, vt condigne tibi possim gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officii sacerdotalis, & me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad orandum, & ad intercedendum ad dominum nostrum Iesum Christum filium tuum pro peccatis, & ad pœnitentiam reuertentibus. Ideoque dominator domine, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed vt convertantur, & vivant, suscipe orationem meam quam fundo ante conspectu clementiae tuæ, pro famulis & famulibus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt, vt des illis spiritum compunctionis, vt resipiscant a diaboli laqueis, a quibus astricti, tenentur & ad te per condignā satisfactionem reuertantur, Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

De confessione, & pœnitentia, & reconciliatione, & inten-
gatione illorū qui peccata sua confiteri desiderant, &
ordo ad pœnitentiam eis dandam. Cap. IIII.

Tunc sacerdos blandè leniterq; interroget eum primo
de fide qualiter crededat, & dicat:

Ex pœni-
tentiali.
Romano.

Credis in Deum patrem, & filium, & spiritum sa-
cramentum? Respon. Credo. Credis quod istæ tres perso-
nas Deus sit? Respon. Credo. Credis quod in ipsa ista con-
fessione in qua nunc es, resurgere habes in die iudicij, &
cipere siue bonum siue malum quod gessisti? Respon.
Credo. Vis dimittere illis peccata qui in te peccaverunt
domino dicente: Si no remiseritis hominibus peccata-
rum, nec pater vester vobis dimittet peccata vestra? Respon.
Volo. Et requirere ab eo diligenter si est incestuosus, at
suo seniori infidelis, & si non vult incestum dimittere, non
potes ei dare pœnitentiam: si autem vult, potes. Huius
missis pœnitentem alloqui affectuose debet sacerdos
verbis: Frater noli erubescere peccata tua confiteri, an
& ego peccator sum, & fortassis peiora quam tu feceris
beo facta. Haec idcirco admoneo, quia visitatum humana-
geris vitium est, vt beatus Gregorius dicit, & laben pro-
catum committere, & commissum non confitendo prode-
sed negando defendere, atque conuictum defendendo ma-
tiplicate. Et qui diabolo instigante nefanda criminis
petrare non metuimus; haec eadem quæ opere absque
verecundia perfecimus, eodem suadente saltem verbis ex-
bescimus confiteri, & coram homine qui similis nostris
eisdemque fortasse passionibus subiacet, confundimur de-
cere, quod coram Deo, qui omnia inspicit, absque ulli mo-
tis rubore committere non formidauimus, detestatione
detestanda. Sponte ergo fateamur, quod nullo cogi-
te commisimus. Si vero nos nostra scelera celavimus
ab illo manifestabuntur, qui & accusator est peccati
incentor. Ipse enim hic nos vt peccemus instigat, ipse cum
peccauerimus accusat. si ergo in hac vita preueniamus cum
& ipsi nostri sceleris accusatores sumus, nequitas diaboli
inimici nostri, & accusatoris effugiem? Paulo teste, qui an-
Si nosmetipsos iudicaremus, no vtique diiudicaremus.

Videns autem eum sacerdos verecundantem, rursum prosequatur: Fortassis charissime non omnia quæ gesisti ad memoriam modo veniunt. Ego te interrogabo, tu caue ne diabolo suadente, aliquid celare præsumas. Et tunc eum ita per ordinem interroget.

Caput V.

Fecisti homicidiū voluntariè sine necessitate non in hoste, sed per tuam cupiditatem ut sua sibi tolleres, & sic eum interfecisti? Si fecisti, XL. dies continuos, quod vulgus carinam vocat, ita ut consueto est in pane & aqua debes ieiunare: & septem annos sequentes sic obserues.

Primum annū post illos, XL. dies, totū à vino, medone, sagamine, & à caseo, & ab omni pingui pisce abstinere debes: nisi in illis festis diebus, qui in illo episcopio à cuncto populo celebantur. Et si sis in magno itinere in regio hostie, vel in regali curte, vel in aliqua infirmitate detentus sis, tunc liceat tibi vno denario, vel precio vnius denarij, aut tres pauperes pascēdo, tertiam feriam, quintam feriam, sabbatum redimere: ita tamen ut vna re de illis tribus supradictis vtaris. i. aut vnum bibas, aut medonē aut mellitā cervisia. Postquam domum veneris, aut sanitati fueris restitutus, nullā licentiā habeas redimendi. Cōpleto anni circulo Ecclesiā introducaris, & pacis osculū tibi concedatur.

In secundo anno, & tertio, similiter ieiunes, nisi quod ter tiam feriam, quintam feriam, & sabbatum, potestatem habeas redimendi, præ nominato precio vbiunque es. Cætera omnia diligenter obserues, ut in primo.

Per singulos quatuor annos qui remanent, tres quadragesimas, per legitimas ferias debes ieiunare. Primam ante Paschā cum ceteris Christianis, alteram ante festivitatem sancti Ioānis Baptistæ, & si quid remanet, post adimplas. Terriā ante Natiuitatē dñi, à vino, à medone mellitā cervisia, à carne, sagamine, & à caseo, & à pinguis' piscibus.

Et in quatuor supradictis annis, tertia feria, quinta feria, & sabbato accipias quicquid velis. Secundam autem feriam, quartam, redimere poteris precio iam supradicto. Sextam feriam semper obserues in pane & aqua. Et his expletis, sacram communionem accipias, ea ratione ut non sis sine pœnitentia quam diu viuas, sed in omnivita tua omnes sextas ferias in pane & aqua pœniteas, & si

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

redimere volueris, potestate habeas redimendi vno
nario, vel precio vnius denarij, vel pascas tres pauperes.

Ista secundum misericordiam cōcedimus tibi, non secu-
dum canonum censuram: quia canones sic præcipi-
tuntur. Si quis per industriam & per cupiditatem homicidium
cerit, seculum relinquat, & ingrediatur monasterium mo-
nachorum, & ibi iugiter Deo seruiat.

Fecisti homicidium pro vindicta parentum, XL. dies
quod carinam vocant, pœnitentes, cum septem sequen-
tibus annis, quia dominus dicit: Mihi vindictam, & re-
tribuam.

Si fecisti homicidium nolens, ita ut in ira tua aliquis
percutere velles, & non occidere, tamen occidisti. XL.
dies, id est, carinam in pane & aqua pœnitentes, & se-
quentes annos. Sed in primo anno tertiam feriam, qua
tertiam feriam, sabbatum redimere poteris, singulas singuli
denariis, vel precio vnius denarij, vel tres pauperes pa-
reando. Reliquos autem sex annos ita obserua, sicut de homi-
cidis sponte commissis constitutum est.

Fecisti homicidium in bello iussu legitimi principis, quae
pro pace hoc fieri iusserat, & interfecisti tyrannum qui
pacem peruertere studuit, tres quadraginta per legitimas
ferias pœnitentes. Si autem aliter fuerit, id est, sine iussu le-
gitimi principis, ut homicidium sponte commissum pœni-
tes, id est, carinam vnam cum septem sequentibus annis.

Occidisti tu liber seruū senioris tui, qui nihil in te pe-
cauit, sed iussu senioris tui, XL. dies, id est, carinam
in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœnitentes.
Senior tuus similiter, nisi seruus sit fur, aut latro, & pro pa-
ciencia aliorum fieri præcipiat.

Si autem tu seruus, conseruum tuum iussu dominici tuoi
ocidisti, dominus tuus quadraginta dies, id est, carinam
in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœnitentes.
Debet, & tu tres quadraginta per legitimas ferias, excep-
to, nisi pro pace communis fieret.

Consiliatus es homicidium & non fecisti, & occidisti
homo propter illud consilium, XL. dies, id est, carinam
in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœnitentes.

Explorasti, vel speculatus es aliquem hominem, & si
tradidisti illum in manus inimicorum suorum & occi-
disti.

sus est, XL. dies, id est, carinā in pane & aqua pœnitæas, & septem sequentes annos, ita obserues, vt consuetudo est.

Fisti cum aliis, qui pugnauerunt contra aliquē, aut in domo propria, aut in alteri^o domo, aut in aliquo loco, ubi se defendere sperauerat, & lapidem in eum proiecisti, aut sagittam, aut spiculum aliquod aduersus eū misisti, & occidere voluisti, & non est à te percussus, nec vulneratus, tamen ab aliis cum quibus eum impugnabas, occisus est, XL. dies, id est, carinam in pane & aqua pœnitæas, & septem sequentes annos ita obserues, vt consuetudo est.

Fecisti parricidium, id est, interfecisti patrem, matrem, fratrem, sororem, patrum, auunculū, materterā, amitam, vel aliquod tale fecisti, si casu nō spontē, neque in ira tua percutere voluisti, sed casu euenit, vt homicidiū spontē commissum pœnitere debes. Si autem ex industria, & in ira tua fecisti, istud obseruare debes, vt per vnius anni circulum ante fores basilicæ orans domini clementiam perseueres. Cōpleto anni circulo, introducaris in Ecclesiā. Tamē in angulo Ecclesiæ, vsque dum vnius anni spacium finiatur, stes. His ita peractis, si pœnitētiae fructus in te cōspicitur, corporis & sanguinis domini particeps fias, vt nō obdureris desperatione. Carnem non manduces omnibus diebus vitæ tuæ Ieiunes autem vsque ad nonam quotidie, exceptis festis diebus atque dominicis. Abstineas autem te à vino, medone, mellita ceruisia tres dies per hebdomadam. Arma portare non audeas, nisi contra paganos. Et vbiunque ire volueris, nullo vehiculo deducaris, sed pedibus propriis pergas. Ab vxore, si habeas, non separeris: si autem non habueris aliam non ducas. Tempus autem huius pœnitentiaæ, in episcopi tui sit arbitrio, vt secundū cōversationem tuam, aut extendere, vel minuere, valeat.

Fecisti homicidium casu, ita vt nullum occidere velles, vel ferire voluisses in ira tua, siue virga seu ferro, siue aliquo genere flagelli, sed tu simpliciter ibas, aut in syluā venatū, & feram sagittare voluisti, & sic improuisè, te nolente & nesciente, hominem pro fera occidisti.

A VT si iocatus fuisti cum aliquibus aliquem ludū, & aliquam rem, siue auiculam, siue quoddam aliud animal, vel in ludo aliquid sagitta, vel baculo, vel lapide percutere voluisti, & sic aut fratrem, aut filium tuum, aut ali-

quem hominem interfecisti.

AV T si stabas in loco publico, siue in curticula tua,
siue in loco alio, & petram propter iocum proiecisti
in illum locum, ubi nullum vidisti, & nulli insidiatus es, &
tamen occidisti aliquem.

AV T si quis te coegerat, ut secum luderes, & tu fu-
tior fuisti, eum subiit te strauisti, aut ipse te, & fuito,
vel a suo cultello vulneratus, mortuus est.

AV T si tu operi necessario, dum instabas, securis fugi-
rat de manu tua, aut ferrum lapsum est de manubrio,
& socium, & amicum tuum percusserat, & occisus est: si illa
fecisti, aut alia horum similia, & nullam malam voluntatem
aduersus supradictas personas, vel istorum similes habe-
sti, quadraginta dies, quod vulgus carinā vocat, ita ut con-
suetudo est, ieunes: & quinque sequentes annos peneas.
Abstinentia autem ciborum in istis quinque annis milie
corditer tribuatur, ita ut in primo anno illas tres ferias,
tertiam, quintam, sabbatum redimere possis uno denario,
vel precio unius denarii: vel tres pauperes pascent. Et in
alio anno omnes ferias, excepto, sexta feria, quam semper
in pane & aqua ieunare debes, potestatē habeas redimendū
prætaxato precio. Et sic reliquos annos obseruare debes.

Si autem cum fratre tuo, vel cum socio ibas in sylvam
ad succidenda ligna, & appropinquante casura vnde
arboris tu dicebas fratri, vel socio ut fugeret, & ille fugitus
sub arbore oppressus est, innocens eris a morte ipsius.

Si autem ex incuria tua, vel negligentia, dum ille de-
ciderat te aliam arborem incideret, tu non præmonisti
eum in tempore, ut præuideret casuram arboris, & fieri
tua incuria oppressus est, & mortuus: tunc debes pene-
re, ut homicida, sed tamen multo leuius, quam illud quod
ex industria factum est.

Occidisti seniorem tuum, vel in consilio fuisti, ut occi-
deretur, vel vxorem tuam partem corporis tui: donum
consilia proponimus tibi, elige horum duorum quod tibi clu-
rius sit. Istud unum est: Relinque istud fragile seculum, & inge-
dere monasterium, & humiliare sub manu abbatis: & cetera
quaestibi ab eo fuerint imperata, simplici animo obserue.

Secundum autem consilium tale est: Arma depone,
cuncta secularia negocia dimitte, carnem & sagimes

omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto uno die Resurrectionis domini, & uno die Pentecostes, & uno die Natalis domini. Cæteris tēporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus & holeribus pœnitias. In ieuniis, in vigiliis, & orationibus, & eleemosynis perseuera omni tēpore. Vinum, & medonem, & mellitam ceruifiam, nunquā bibas, nisi in illis prædictis tribus diebus. Vxorē ne ducas, Concubinam non habeas, Adulterium non facias, Absque spe coniugii in perpetuo maneas. Nunquā te laues in balneo, Equum non ascendas, Causam tuam, & alterius in cōuentu fidelium non agas. In conuiuīs lētantium nū quam sedcas. In Ecclesia segregatus ab aliis Christianis post ostium humiliter stes. Ingredientium, & egredientium orationibus suppliciter te commendes. Communione sacri corporis & sanguinis domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes. In vltimo autem termino vitæ tuæ, pro viatico, si obseruaueris consilium, vt accipias, tibi cōcedimus.

Occidisti, aut in consilio fuisti, vt occideretur pœnitens, qui publicè pœniteret, & in ipso vestitu, vel habitu esset, quo solent illi esse, qui carinam ieunant, si fecisti. idipsum debes ieunare quod ipse incepérat, & hoc totum obseruare quod retrò præceptum est de his, qui homicidia spontè, & per cupiditatem commiserunt.

Fecisti truncationem manuum, aut pedum, aut oculos fratris tui eruisti, aut vulnerasti aliquem: pro truncatione: quia proximum & fratrem tuum debilem, & sibi inutilem fecisti, nisi pro furto, aut pro latrocino, siue pro pace communis fecisses, vñ annum grauiter pœnitere debes. Pro vulnere autem, si graue est, & cicatrices deformes habuerit, eo quod proximum tuum, & fratrem deformé redideris, quadraginta dies in pane & aqua pœnitere debes.

Inferfecisti furem, aut latronem, vbi comprehendendi poterat, absque occasione, & tamen interfecisti: quia ad imaginē Dei creatus, & in nomine eius baptizatus, & sanguine eius redemptus est, XL. dies, non intres in Ecclesiā, lanea ueste indutus, ab escis & potib⁹, qui interdicti sunt, & à thoro, à gladio & ab equitatu illos supradictos dies te abstineas. In tertia autē feria, & in quinta, & in sabbato aliquo genere leguminū, vel holeribus, & pomis, vel paruis

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA.

pisciculis cum mediocri ceruisia vtere, & tēperatē. Si uitem sine odii meditatione, te tuaq; liberando, diabolinā brum interfecisti, secundum indulgentiam dico, proper ī imaginem Dei, si aliquid ieūnare volueris, bonum est ali & eleemosynas largiter fac. Si presbyter eadē fecerit, nō deponatur: tamen quandiu viuat, pœnitentiam agat.

Accusasti aliquem, & per tuam accusationē occisus es. Anīsi pro pace, quadraginta dies in pane & aqua, quod carinam vocant, cum septem sequentibus annis pœnitentia debes. Si autem per tuā delatarā debilitatus es, tres quadragesimas per legitimas ferias pœnitere debes.

CEpisti aliquem, & tradidisti eum in talēm locum, aut occisus est, aut membra eius trūcata, similiter: iūnare debes, quanuis dicas quōd nō ea ratione eum illas traderes, vt vel debilitaretur, vel occideretur.

Occidisti tu ipse, aut aliquis per tuum consilium: quem ex ecclesiasticis viris Deo dicatis, aut Psalmistam, aut ostiarium, aut lectorem, aut exorcistam aut auxiliatum, aut subdiaconum, aut diaconum, aut presbyterū. fecisti singulos ordines, singulos gradus, singulariter penitere debes. Ita faciendum est tibi, vt pro Psalmista, dieis in pane & aqua, quod Teuthonice carina vocatur, septem sequentibus annis pœnitentias. Pro ostiario similiter. Pro lectore similiter, Pro exorcista similiter, Pro acolyti similiter, Pro subdiacono similiter, Pro diacono similiter, pro presbytero similiter: quia omnis presbyter octo omnes habet. Quapropter, omnis qui interfecerit voluntarius presbyterū, ita debet pœnitere, vt octo homicidia sponsa commissa, & nunquā debet esse sine pœnitentia. Tamen secundum Vvormaciense consilium, ita debes pœnitere: fæcere voluntariè occideris, carnē non manducas, vinum non bibas cunctis diebus vitæ tuæ. Ieiunes quod die usque ad vesperam, exceptis diebus festis, arque dominicis, arma non feras, equum non ascendas, Ecclesiam post quinquennium nō ingrediaris, sed ante fôres Ecclesie. Post quinquennium Ecclesiam ingredere, nondum communices, sed in angulo Ecclesiæ stes vel sedreas. Quod autem fuerit duodecimi anni circulus finitus, commandandi tibi licentia concedatur, & equitandi tribuantur missio. Maneas autē in reliquis obseruationibus tres dies.

per hebdomadam, ut perfectius purificari merearis.

De periurio.

Fecisti periurium pro cupiditate, XL. dies in pane, & aqua, quod vulgus carinam vocat, & septem sequentes annos ita obserues, ut consuetudo est. Et quandiu viuas omnes sextas ferias in pane & aqua ieiunes. Et si redimere volueris, uno denario, vel precio vni^o denarii, vel tres pauperes pascendo, potestatem habeas redimendi. Tamē poenitentialis Romanus præcipit: Si quis per cupiditatem se peierauerit, omnes res suas vendat, & pauperib^o distribuat, & monasterium ingressus, iugi poenitentia se subdat.

Fecisti periurium sciēs, & alios in periurium adduxisti, XL. dies in pane & aqua, quod vulgus carinā vocat, pœnitere debes, & septem sequentes annos, ita ut cōsuetudo est, obseruare debes. Et tot periuria debes ieiunare, quos homines sciens, ad periurium adduxisti, & ipsi sua periuaria emendent, ut supra notatum est, si scientes fecerunt. Sin autem, leuius.

Fecisti periurium coactus, & pro necessitate, aut pro vittata: quia dilexisti corpus plus quam animā, quadriginta dies, id est, carinā, in pane, & aqua pœnitere debes, & omnes sextas ferias, quae sunt in vnius anni circulo, in pane & aqua pœniteas, & non redimas.

De ocioso iuramento.

Promisisti meretrici, vel adulterę iuramento fidem, aut aliquid tale cum iuramento promisisti, quod cōtra ius canonum esset, pœniteas iuramentum, & frange iuslurandum, & illud melius, & iusti^o est, quam permanere in stupri flagitio, aut in alio aliquo malo: quia scriptum est, In iusta vota frangenda sunt.

Si iurasti per capillū Dei, aut per caput eius, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fueras, si semel nesciens, fecisti, septem dies in pane & aqua pœniteas. Si secundò, vel tertio increpatus fecisti, XV. dies in pane & aqua pœniteas. Si per cōdum, aut per terram, siue per Solum, vel per Lunam, aut per aliam aliquam creaturā. XV. dies in pane & aqua pœniteas.

Si sacramento te obligasti, ut ad pacem alicuius inimici tui nullo modo redires, pro periurio annū vnum à cor-

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

pore & sanguine domini sis segregatus, & XL. dies in pone & aqua pœniteas, ad charitatem verò, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter redi.

Si definiti, vel iuramento te obfirmasti aliquid agens, quod Deo non placaret, iuxta modum peccati pœnitentiam age, & hoc quod temerè & iniustè definiti, in iniustia reuocetur. Si aliquid te incautè iurasse contigerat, quod obseruatum peiorem verteretur in exitum, iuxta synodalia decreta mutandum decernimus, quâm te permaneas in iuramento, in aliud crimen maius deuertaris.

De furto.

Furatus es aliquid de ecclesiastico thesauro infra ecclesiam, siue aurum, siue argentum, siue gemmas, siue libros, siue pallia altaris, siue sacerdotalia vestimenta, siue vela, siue tapetia, siue aliquid quod ad Ecclesiarum usum, id datum est, vel factum est: si fecisti, redde quod tulisti, & ne carinas, cum septem sequentibus annis pœniteas. Si igitur factas reliquias furatus es, reportatis sacris, septem anni iejunare debes.

Si infregisti alicuius Christiani domum per noctem, ibi tulisti eius quadrupedia, id est, aut equum, aut bovem, aut alia eius animalia, aut fortiorum causam valorem quadraginta solidos, precium redde, & annum versus per legitimas ferias pœnitere debes. Si autem non reddis duos annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si minus furtum fecisti, magis debes pœnitere. Et si sape fecisti, tamen magis debes augere pœnitentiam. Si paruum fursum fecisti, decem dies in pane & aqua debes pœnitere: per quinque dies in pane & aqua pœniteant.

De rapina.

Si rapinam fecisti, grauius debes pœnitere: quia miserabilis est, quod per vim se vidente rapuisti, quamvis sibi dormiente, vel absente furatus es. Si fecisti furum ex necessitatibus causa, sic dico, ut non haberes unde viveres, propter famis penuria, & tantum furatus es virtualiter contra Ecclesiam, & non propter consuetudinem factisti, sed de quod tulisti, & tres sextas ferias in pane & aqua pœniteas. Si autem reddere non poteris, decem dies in pane & aqua pœniteas.

De adulterio.

Moechatus es cum vxore alterius tu non habens vxorem, XL.dies in pane & aqua, quod in cōmuni sermone carina vocatur, cum septē sequētibus annis pœnitias. **S**i mœchatus es tu vxoratus cum alterius vxore, quia habuisti quomodo impleres tuam libidinē, duas carinas, cum quatuordecim sequentibus annis pœnitere debes, vñā quia super vxorem tuam alteram habuisti, ecce vñū adulterium: habuisti etiam alterius vxorem, ecce aliud adulterium, & nunquam debes esse sine pœnitentia.

De fornicatione.

Si tu solutus ab vxore cum fœmina vacāte stuprum petrasti, decem dies in pane & aqua pœnitias, si cum propria ancilla, similiter pœnitias.

Si dimisisti vxorem tuam, & aliam duxisti, accipe priorem vxorem, & carinam vnam in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœnitias, quia scriptum est: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Nulli licet vxorem suā dimittere, nisi causa fornicationis, id est, si ipsa adulterium cum alio perpetraverit, tunc licet illam dimittere propter fornicationem, sed illa viuente aliam non ducere. Sed si sic priuati voluerint permanere, vt neuter illorum se super alterum de discidio pro clamauerit, mrneant sic. Si autem se de discidio proclamauerint, tunc primum episcopus peracta inter eos pœnitentia, id est, post septennem pœnitentiam, si petierint, debet eos reconciliare. Eadem lex erit marito aduersus vxorem, si ipse adulterium perpetraverit, & si ipsa voluerit, propter fornicationem potest maritum dimittere, eadē ratione qua supra de vxore adulterium perpetrante dictum est.

Accepisti vxorem, & non fecisti nuptias publicè, & non venisti ad Ecclesiam tu & vxor tua, & non acceptis benedictionem à sacerdote, sicut in canonibus scriptum est, & non dotasti eam dote qualicunque potuisti, siue terra, siue mobilibus rebus, auro, argento, vel mancipiis, vel animalibus, vel iuxta possibilitatem tuam: postremò, vel denario, vel precio vnius denarij, vel precio vnius oboli, tantum vt dotata fieret, si non fecisti, tres Quadragesimas per legitimas ferias pœnitere debes.

LL. iiiii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

Fecisti fornicationē cum sanctimoniā, id est, cū spōsa Christi? Si fecisti, XL. dies in pane & aqua, quod carinā vocant, cum septem sequētibus annis pœnitas, & qui diu viuas, omnes sextas ferias in pane & aqua oblerues.

Si corrupisti virginem, & posteā eandem suscepisti vxorem, eo quod solas nuptias, quod maximum est, violali, annum vnum per legitimas ferias pœnitas. Si autem nonduxisti eam post corruptionem vxorem, duos annos per legitimas ferias pœnitas.

Accepisti illam tibi vxorem, quam alter sibi desponsatam habuerat, dimitte illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima, & XL. dies in pane & aqua, quod carinā vocant, cum VII. sequentibus annis pœnitas.

Rapuisti vxorem tuam, & vi sine voluntate mulieris, vel parentum in quorum mundiburdio tenebatur illam adduxisti? Si fecisti nec illam habere debes secundum canonum auctoritatem, nec aliam vñquam canones te habere concedunt. Si autem illa consentiens non fuerat, in domino licentiam habeat nubendi. Tu autem XL. dies, id est, carinam, in pane & aqua pœnitas, & VII. sequentes annos: & quia legitima coniugia dei precepto sunt ornatā, & quia ex duobus corporibus, vnum ex dei iussu conficitur, & quia non debet fieri legitimū coniugium nisi ex consensu amborum & parentum, tu qui sanctum illud constitutum turbasti, & violasti, sine spe coniugij permaneas.

Contigit tibi vt vxor tua te conscio, & hortante calio viro, illa autem nolente adulterium perpetraret? Si fecisti XI. dies, id est, carinam, in pane & aqua pœnitas & septem annos, vnum ex his in pane & aqua pœnitas, & nunquam sis sine pœnitentia. Si autem vxor tua hoc probare potuerit, quod tua culpa, & tuo iusfruente & reluctante adulterata sit, si se continere non potest, nubat cui voluerit tantum in domino. Tu autem sine vxoria spe in perpetuo permaneas. Illa autem si consentiens fuerat, eade in iejunet quæ tibi proposita sunt, & sine spe coniugij permaneat.

Accepisti vxorem cognatam tuam, vel quam cognatus habuit, separari debes ab ea, & pœnitere iuxtamodū cognitionis: Quia sancti patres, & sancta illorū fructuta, incestis coniunctionibus nil prorsus veniē referunt.

neque numerum generationum definiunt. Sed id statuerunt, ut nulli Christiano liceat de propria consanguinitate seu cognatione vxorem accipere, vlique dum generatio recordaretur, cognosceretur, aut memoria retineretur. Quia sanctus Gregorius dicit: Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit in coniugium duxerit, anathema sit. Quia propter scire debes, quia non est ita ut multi sacerdotes multos seducunt, dicentes quod in ipso peccato poenitentia esse possit. Verbi gratia, si tu modo haberes cognatam tuam, vel uxorem alterius, vel aliquid talem quod licitum non esset, & velles in eo peccato permanere, & tamen in poenitentia esse: verbi gratia, si hodie quadraginta dies in pane & aqua pro uno quolibet peccato peractos haberes in poenitentia, & iterares prius peccatum, nihil valeret poenitentia quam fecisti, iuxta id quod dicitur: Sicut canis qui redit ad vomitum suum, & sues ad voluntabra sua, ita erit & peccatori, qui redit ad peccatum prius confessum. Quapropter scias vere, dum in ipso peccato fuisse, poenitentia eiusdem peccati nihil valet.

De abusione coniugij.

COncubuisti cum uxore tua, vel cum alia aliqua retrò canino more, si fecisti decem dies in pane & aqua poeniteas.

Inxisti te uxori tuae menstruo tempore, si fecisti decem dies in pane & aqua poeniteas. Mulier tua si intrauerit Ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, tot dies poeniteat, quot Ecclesia carere debuerat. Si autē cōcubuisti cū ea his diebus, viginti dies in pane & aqua poeniteas.

COncubuisti cum uxore tua postquam infans motum in utero fecerat, vel saltem XL. dies ante partum? Si fecisti, XX. dies in pane & aqua poeniteas.

COncubuisti cum uxore tua post manifestaram conceptionem, decem dies in pane & aqua poeniteas.

COncubuisti cū uxore tua die dominica, quatuor dies in pane & aqua poenitere debes.

Conquinatus es cū uxore tua in Quadragesima, XL. dies in pane & aqua poenitere debes, aut XXVI. solidos in elemosynam dare! Si per ebrietatem euenit, XX. dies in pane & aqua poeniteas. Viginti dies ante Natalem domini, & omnes dies dominicos, & in omnibus legitimis

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

ieiuniis , & in nataliciis apostolorum , & in præcipuis-
stis & in publicis, castitatem debes custodire. Si autem non
custodisti, XL. dies in pane & aqua pœnitias.

De falso testimonio.

Fости in falso testimonio , ita dico, vt testimoniates &
affirmares hoc verum esse quod falso erat, & hoc si-
cisti propter amorem alicuius, siue per præmium, siue pro-
pter timorem : si fecisti , ita debes pœnitere sicut adul-
terium, & homicidia sponte cōmissa, domino dicēte: De cor-
de enim exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimo-
nia. Et ideo debet similiter pœnitere , & excommunicari
falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida. Si propter ti-
morem fecisti illius, à quo timere potuisti, & membra pe-
dere, aut vitam, & ad vltimum bona tua , tunc diuide pe-
nitentiam, & posteā præuide ne tibi ylterius contingat.

De arte magica.

Violasti sepulchrū, ita dico . dū aliquē videres sepel-
re, & in nocte infringeres sepulchrū & tolleres velli-
mēta ei? Si fecisti, II. annos per legitimas ferias pœnitias.

Consulisti magos, & in domum tuam induxisti exquir-
endi aliquid arte malefica aut expiandi causa, vel pa-
ganorum consuetudinem sequens, diuinos qui tibi diuina-
rent, vt futura ab eis requireres quasi à propheta, & illos
qui sortes exercent, vel qui per sortes sperat se futura pre-
scire, vel illos qui vel auguriis, vel incantationibus in-
seruiunt ad te inuitasti? Si fecisti, duos annos per legitimas
ferias pœnitias.

Si obseruasti traditiones paganorum , quas quasi habe-
ditario iure diabolo subministrante , vsque in hos dies
semper patres filiis reliquerunt, id est , vt elementa cole-
res id est, lunam aut solem, aut stellarum cursum, nouam
lunam, aut defectum lunæ , vt tuis clamoribus aut auxilio
splendorem eius restaurare valeres , aut illa elementa ubi
succurrere, aut tu illis posses, aut nouam lunam obseruasti
pro domo facienda, aut coniugiis sociandis? Si fecisti, duos
annos per legitimas ferias pœnitias, quia scriptū est: Om-
ne quodcumque facitis in verbo, & in opere, omnia in no-
mine domini nostri Iesu Christi facite.

Obseruasti Calendas Ianuarias ritu paganorum, vel a-
liquid plus faceres propter nouum annum quā antea,

vel post soleres facere, ita dico, ut aut mensam tuam, cū lapidibus, vel epulis in domo tua preparares eo tempore, aut per vicos, & per plateas cantores & choros duceres, aut supra tectum domus tuae sederes, ense tuo circunsignatus, vt ibi videres & intelligeres, quid tibi in sequenti anno futurū eset; vel in biuio sedisti supra taurinam cutem, ut & ibi futura tibi intelligeres, vel si panes prædicta nocte coquere fecisti tuo nomine, ut si bene eleuarentur, & spissi & alti ferent, inde prosperitatem tuae vitæ eo anno præuideres: ideo quia Deum cretorem tuum dereliquisti & ad idola, & ad illa vana te conuertisti, & apostata effectus es, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

Fecisti ligaturas, & incantationes, & illas varias fascinationes, quas nefarij homines subulci, vel bubulci, & interdum venatores faciunt, dum dicunt diabolica carmina super panem, aut super herbas, & super quedam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscondunt, aut in biuio, aut in triuio proiiciunt, ut aut sua animalia vel canes liberent à peste & à clade, & alterius perdant? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

Interfueristi, aut cōsensisti vanitatibꝫ quas mulieres exercunt in suis lanificiis, in suis telis, quæ cūm ordiuntur telas suas, sperant se vtrumque posse facere, cum incantationibus & cum aggressu illarum, ut & fila staminis, & subtegminis in inuicem ita commisceantur, nisi his iterum a liis diaboli incantationibus econtra subueniant, totum pereat? Si interfueristi, aut consensisti, triginta dies pœnitas in pane & aqua.

Collegisti herbas medicinales, cum aliis incantationibus cum symbolo, & dominica oratione, id est, cum Credo in Deum, & Pater noster cantando. Si aliter fecisti, decem dies in pane & aqua pœnitas.

Venisti ad aliquem locum ad orādum nisi ad Ecclesiā, vel ad alium locum religiosum, quām episcopus tuus, vel tuus sacerdos tibi ostenderet, id est, vel ad fontes, vel ad lapides, vel ad arbores, vel ad biuia, & ibi aut cadelam, aut faculam pro veneratiōne loci incendisti, aut panem aut aliquam oblationem illuc detulisti, aut ibi comedisti, aut aliquam salutē corporis aut animæ ibi requisisti? Si fecisti, aut consensisti, tres annos per legitimas ferias pœnitas.

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

R Equisisti sortes in codicibus, vel in tabulis, vt plures solent, qui in Psalteriis, & in Euangeliis, vel in alijs huiuscemodi rebus sortiri præsumant? Si fecisti decē dies pœnitezias in pane & aqua.

C Redidisti synquam vel particeps fuisti illius perfidus, vt in cantatores & qui se dicunt tempestatū immisores esse, possent per incantationē dæmonū, aut tēpestates cōmouere, aut mentes hominum mutare? Si credidisti, aut particeps fuisti, annū vnū p legítimas ferias pœnitezias.

C Redidisti aut particeps fuisti illius incredulitatis, vt aliaqua fœmina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum permutare possit, id est, aut de odio in amorem, aut de amore in odium, aut bona hominū fascinationibus suis, aut damnare, aut surripere possit? Si credidisti, aut particeps fuisti, vnum annum per legítimas ferias pœnitezias.

C Redidisti vt aliqua fœmina sit, quæ hoc facere possit, quod quædam à diabolo deceptæ, se affirmant necessariò & ex præcepto facere debere, id est, cùm dæmonū turba in similitudinem mulierum transformatam, quam vulgaris stultitia holdam vocat, certis noctibus equitare debere super quasdam bestias, & in eorum se consortio numerata in esse? Si particeps fuisti illius incredulitatis, annum vnum per legítimas ferias pœnitere debes.

Desacrilégio.

Maledixisti patri, vel matri tuæ, vel flagellasti eos, vel in aliquo de honestasti? Si fecisti quadraginta dies, vnam carinam in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœnitezias, quia dominus dixit: Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.

T Vlisti aliquid de ecclesiastico thesauro? Si fecisti in quadruplum restitue, aut tres annos per legítimas ferias pœnitezias.

D Vxisti, aut transmisisti, vel vēdidisti aliquem hominem in captiuitatem nisi pro pace communis? Si fecisti, reduc eum si poteris: sin autem, duos annos per legítimas ferias pœnitezias.

C Oncremasti domum, vel aream alterius odij meditatione? Si fecisti, redde dampnum, & vnum annum per legítimas ferias pœnitezias.

De contemptu iejunij.

Soluisti iejunium in Quadragesima, antequam vespertinum celebraretur officium, nisi propter infirmitatem. Si fecisti, pro vnoquoque die tres dies in pane & aqua pœnitere debes: quia canones præcipiunt, quod in Quadragesima currendum sit ad Missam, & auditis Missarum solennitatibus & vespertinis officiis, largitis eleemosynis, ad cibum accedendum esse. Si autem aliquis necessitate constrictus fuerit ut ad Ecclesiam venire non possit, & missam audire non possit, a estimata vespertina hora, completa oratione, iejunium soluat.

Contempsti indictum iejunium à sancta Ecclesia, & noluisti illud obseruare cum ceteris Christianis? xx. dies in pane & aqua pœniteas.

Soluisti iejunium quatuor temporum, & non custodisti illud cum ceteris Christianis? XL. dies, in pane & aqua pœniteas.

Ieiunasti diem dominicum propter abstinentiam & religionem? XX. dies, in pane & aqua pœniteas.

Si non obseruasti iejunium lithaniæ maioris, & dierum Rogationum, & vigiliarum sanctorum, XX. dies in pane & aqua pœniteas.

Coegisti publicè pœnitentem manducare, & bibere vt trā id quod sibi imperatum fuerat, nisi ad præsens pro eo eleemosynam deditis? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas..

Contempsti aliquem cùm tu ieunares, qui ieunare non poterat & manducabat: Si fecisti, quinque dies in pane & aqua pœniteas.

Soluisti iejunium in cœnâ domini, & in sabbato sancto, vt in illis duobus diebus frequentius comederes, quam in reliquis Quadragesimæ diebus, excepto in cœna, vel infirmitatis causa? Si fecisti, decē dies in pane & aqua pœniteas.

De gula & ebrietate.

Habuisti in consuetudine vt plus comederes & biberes quam tibi necesse esset? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas, quia dominus dicit in Euai gelio: Vide ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.

Bibisti unquam tantum, vt per ebrietatem vomitū faceres? Si fecisti, quindecim dies pœniteas in pane & aqua.

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

Inebriasti te vñquā per iactātiā, ita dico, vt gloriariis
vanitateim, & per tuam exhortationem te, & alios ad ebrie-
tatem perduxisti? Si fecisti, triginta dies pœniteas in pane
& aqua.

Fecisti vomitum corporis & sanguinis domini propter
ebritatem? Si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua
pœniteas.

Si per nequitiam alium inebriasti, XX. dies in pane &
aqua pœniteas. Si per bonam voluntatem, X. dies in pa-
ne & aqua pœniteas.

De irreligiositate.

Ne glexisti vt non acciperes corpus & sanguinem do-
mini, istis quatuor temporib⁹, id est, in cœna domini,
& in Pasca, & in Pentecoste, & in Natali domini, & totam
Quadragesimam non te sustinuisti à coitu, & postea in aliis
prædictis temporibus aut septem dies, aut quinq; dies ante
acceptiōem sacri corporis domini? Si ista neglexisti, XX.
dies in pane & aqua debes pœnitere.

Spreuisti Missam vel orationem vel oblationem coni-
gati presbyteri, ita dico, vt nolles tua peccata sibi confi-
teri, vel ab eo accipere corpus & sanguinem domini, ob
hoc quia peccator tibi esse videtur? Si fecisti, vnum an-
num per legitimas ferias pœniteas.

Item de arte magica.

CRedidisti autē particeps fuisti illius incredulitatis,
quod quædam sceleratæ mulieres retro post Satanan
conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus sedu-
ctæ, credunt & profitentur se nocturnis horis cum Diana
paganorum dea, & cum innumera multitudine mulierum
equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spacia
intempestæ noctis silentio pertransire eiusque iusionibus
velut dominæ obedire & certis noctibus ad eius seruitum
euocari? Sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perissent, & no-
multos secum in infirmitatis interitū pertraxissent. Nam
innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc veri
esse credit, & credendo à recta fide deuiat, & in errore pa-
ganorum voluitur, cùm aliquid diuinitatis aut numinis er-
tra vnum Deum esse arbitratut. Sed diabolus transformat
se in diuersarum personarum species atq; similitudines, &

mentem quam captiuā tenet in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæque deducit, & cùm solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim non in somnis & nocturnis visionibus extra seipsum educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Quum Ezechiel propheta visiones domini in spirito non in corpore vidit, & audiuit, sicut ipse dicit: Statim, inquit, fui in spiritu. Et Paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciadū est, q[uod] qui talia & his similia credit, fidem perdit: & qui fidem rectam in Deo non habet, hic nō est eius, sed illius in quem credit, id est, diaboli. Nam de domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si credidisti has vanitates, duos annos per legitimas ferias pœnitezias.

Oferuasti excubias funeris, id est, interfueristi vigiliis cadauerum mortuorum ubi Christianorum corpora ritu paganorum custodiebantur, & cantasti ibi diabolica carmina, & fecisti ibi saltationes quas pagani diabolo docente adinuenerunt, & ibi bibisti, & cachinnis ora dissolusti, & omni pietate & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare visus es? Si fecisti, XXX. dies in pane & aqua pœnitezias.

De superstitione.

Ecisti phylacteria diabolica, vel caracteres diabolicos quos quidam diabolo suadente facere solent, vel herbas, vel succinos, vel quintam feriam in honorem Louis honorasti? Si fecisti vel consensisti, quadraginta dies in pane & aqua pœnitezias.

Conspirasti cum aliis insidiatoribus contra episcopum tuum, aut aduersus cooperatores suos, ita dico, vel doctrinam vel præcepta tui episcopi vel presbyteri irrideres vel subsannares? Si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœnitezias.

Comedisti aliquid de idolotitho, id est, de oblationib[us], quæ in quibusdam locis ad sepulchra mortuorum fiunt, vel ad fontes, aut ad arbores, aut ad lapides, aut ad biuia, aut

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

portasti in aggerem lapides, aut capit is ligaturas ad cruce,
quæ in biuiis ponuntur? Si fecisti, aut consentiens in aliq.
bus fuisti, triginta dies in pane & aqua pœnitias.

Item de arte magica.

Misisti filium tuum, vel filiam super rectum, aut super
fornacem pro aliqua sanitate, vel incendisti granarium
mortuus homo erat, vel cingulum mortui pro damno al-
cuius in nodos colligasti, vel pectines quibus muliercula
nam discerpere solent supra funus complosisti, vel quando
efferebatur funus è domo, plaustrum in duo diuidisti, & fi-
nus per medianam diuisionem plaustri asportare fecisti? Si fe-
cisti, aut consensiens fuisti, xx. dies in pane & aqua pœnitias.

Fecisti illas vanitates aut consensiisti quas stulte mul-
ieres facere solent, dum cadauer mortui hominiv adic-
in domo iacet, currunt ad aquam, & adducunt tacite vi-
cum aqua, & cum subleuatur corpus mortui, eandem aquam
fundunt subitus feretrum, & hoc obseruant dum extra do-
mum asportatur funus, non altius quam ad genua eleueant,
& hoc faciunt pro quadam sanitatem. Si fecisti, aut consen-
sti, x. dies in pane & aqua debes pœnitere.

Fecisti aut consensiisti, quod quidam faciunt homini o-
ciso cum sepelitur? Dant ei in manum vnguentum quo-
dam, quasi illo vnguento post mortem vulnus sanari po-
sit, & sic cum vnguento sepeliunt. Si fecisti, xx. dies in pane
& aqua pœnitias.

Fecisti aliquid vel dixisti in quounque opere quod in-
choasti per sortilegum, vel magicam artem, nisi dei no-
men inuocasti? Si fecisti x. dies in pane & aqua debes pœ-
nitere.

Fecisti aliquid tale quale pagani fecerunt, & adhuc faci-
in Calend. Ianuarij, in ceruulo, vel in vegula? Si fecisti
triginta dies in pane & aqua pœnitias.

Detraxisti vel maledixisti alicui causa inuidiae? Si fe-
sti, septem dies in pane & aqua debes pœnitere.

Fecisti quod plures faciunt? Scopant locum ubi facere
solent ignem in domo sua, & mittunt grana hordei ad-
huc loco calido, & si esalierint granapericuloso erit, si au-
tem ibi permanserint, bonum erit. Si fecisti, decem dies in
pane & aqua pœnitias.

Fecisti quod quidam faciunt, dum visitant aliquem infirmum, cum appropinquauerint domui, ubi infirmus decumbit, si inuenient aliquem lapidem iuxta iacentem, reuoluunt lapidem, & requirunt in loco, ubi iacebat lapis, si ibi sit aliquid subtus quod viuat, & si inuenient ibi lubricum, aut muscam, aut formicam, aut aliquid quod se moueat, tunc affirmat agrotum conualescere. Si autem nihil ibi inuenient quod se moueat, dicunt esse moriturum. Si fecisti, aut credidisti, viginti dies in pane & aqua pœnitias.

Fecisti pueriles arcus paruulos, & puerorum futuralia, & proiecisti, siue in cellarium, siue in horreum tuum, ut satyri, vel pilosi cum eis ibi iocarentur, ut tibi aliorum bona comportarent, & inde ditior fieres? Si fecisti, X. dies in pane & aqua pœnitias.

Fecisti quod quidam faciunt in Calendis Ianuarii, id est, in octaua Natalis domini? Qui ea sancta nocte filant, nent, consuunt, omne opus quodcunque incipere possunt, diabolo instigante propter nouum annum incipiunt? Si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœnitias.

Item de adulterio.

Concubuisti cum sorore vxoris tuae? Si fecisti, neutrā habeas. Et si illa quæ vxor tua fuit, conscientia sceleris non fuit, si se cōtinere non vult, nubat in domino cui velit. Tu autem & adultera sine spe coniugii permaneatis, & quan- diu viuatis iuxta præcepta sacerdotis, pœnitentiam agite.

Si absente vxore tua in lectum tuum te nesciēte, & uxore tua ignorante, intravit soror vxoris tuae, & tu putas eam vxorem tuam esse, & concubuisti cum ea, si fecisti, pœnitentia peracta, legitimū tuum coniugium habere poteris. Illa autem adultera, digna vindicta debet affligi, & in æternum coniugio priuari.

Item de fornicatione.

Fecisti fornicationem cum duabus sororibus, & soror fororem à te stupratam non intellexerat, & tu posteriorem, sororem prioris esse ignorasti? Si fecisti, septem annos per legitimas ferias debes pœnitire, & post potes uti legitimo coniugio. Et illæ sorores, si dignè pœnituerint, & si se continere non valuerint, nubant in domino.

MM

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA

Si autem non ignorauerunt, vsque ad mortem pœnitentia,
& se à coniugio abstineant.

Fecisti fornicationē cum aliqua fœmina, & frater
te sciente eandē duxit vxorem? Si fecisti, eo quod
trem tuum crimen cœlasti, septem annos per legitima
rias pœnitentias, & post pœnitentiā, tu & frater vxores ap
pere potestis tantum in domino. Mulier autem vsque
ad mortem pœnitentia, & sine spe coniugii permaneat.

Fecisti fornicationē cum filiastra tua? Si fecisti, nec
trem, nec filiam poteris habere, nec tu poteris vxori
accipere, nec illa maritum, sed vsque ad mortem pœnitentia
re debetis. Vxor autem tua, si posse quam cognouit quod
filia sua adulterium perpetratum habuisti, tecum nō
cubuit, nubat in domino, si voluerit.

Fecisti fornicationem cum nouerca tua? Si fecisti, m
tu, neque ipsa vltius ad coitum peruenire potest.
Pater autem tuus, si voluerit, aliam accipere potest.

Fecisti fornicationem cum vxore fratris tui? Si fecisti,
pœnitere debetis, tu & ipsa vsque ad mortem, & sine spe
coniugii permanere. Frater autem tuus, si vult, aliam ac
cipiat.

Fecisti fornicationem cum sponsa filii tui, & posse
lius tuus duxit eam vxorem? Si fecisti, eo quod crimen
cœlasti filium tuum, vsque ad mortem pœnitentias, & sine
coniugii permaneas. Filius autem tuus, eo quod ignorat
peccatum tuum, si vult, aliam accipiat. Illa autem pœnitentia
peracta, sine spe coniugii permaneat.

Fecisti fornicationem cum matre tua? Si fecisti, XV.
nos per legitimas ferias pœnitentias: unum ex his in pan
& aqua, & absque spe coniugii permaneas, & nunquam
sine pœnitentia. Mater autem tua, si consentiens nō
iuxta arbitrium sacerdotis, pœnitentia: & si se contineat,
vult, nubat in domino.

Fecisti fornicationem cum commatire tua? Si fecisti,
parari debes ab ea, & quadraginta dies, id est, carinam
pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœnitentia.

Fecisti fornicationem cum filiola tua spirituali quin
foste suscepisti, aut ad manus episcopi tenuisti? Si
fecisti, separari debes ab ea, & XL. dies, quod carinam
cum septem sequentibus annis pœnitere.

De discidio coniugij.

Tenuisti filium tuum, vel filiam, vel filiastrū tuum, vel filiastrā tuam, ad confirmationem, vel à fonte suscepisti, & ideo hoc fecisti, vt discidium faceres inter te & vxorē tuam? Si episcopus aliud consilium inde facere noluerit, tūc separari debes ab vxore tua, & xl. dies quod carinam vocant, in pane & aqua cum septē sequentibus annis pœnitere debes, & nunquam debes esse sine pœnitēti, & sine spe coniugii debes permanere. Vxor autē tua si se continere non potest, nubat in domino.

Accepisti mulierem, & habuisti eam aliquod tempus, mensem, ut tres, aut postremō annuin, & tūc primū dixisti te esse frigidæ naturæ, ita vt non potuisses coire cū ea, nec cū alia aliqua: & si illa, quæ vxor tua esse debuit, eidem affirmat, quæ tu dicis: & si probari potest per rectum iudicium, ita esse, vt dicitis, separari potestis, tamē ea ratione, vt si tu post aliam acceperis, reus periurii diuideris, & iterum post peractam pœnitentiam, priora cōnubia renouare debetis. Illa autem si prior post annum, aut dimidium ad episcopum, aut ad eius missum se proclamauerit, & dicit, quod non cognouisses eam, & negat aliquā commixtionem inter vos esse: tu autē affirmas quod vxor tua sit, tibi credendum est, eo quod caput mulieris es: quia si se proclamare voluerat, cur tādiu tacuit? Cito & in partu tempore scire mulier potuit, si secum coire potuisses. Si autē se statim in ipsa nouitate post mensem, aut postremū post duos, se ad episcopum, vel ad eius missum proclamauerit, dicens: Volo mater esse, volo filios procreare, & ideo maritum accepi: sed quia vir quem accepi frigidæ naturæ est, non potest ea facere propter que eum accepi: si probari potest per rectum iudicium, separari potestis, & illa nubat in domino, si vult,

Item de fornicatione.

Fecisti fornicationem cum sorore tua? Si fecisti, x. annos per legitimas ferias, vnum ex his in pane & aqua pœnitias, & quadriu viuas, pœnitentiam agas, & sis sine spe coniugii. Soror autem tua, si consentiens non fuit, pœnitentia peracta, si se continere non potest, nubat in dño

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

Fecisti fornicationem cum amita, vel materteratu, vel cum vxore patrui, vel auunculi tui? Si fecisti, dec annos per legitimas ferias pœnitere debes, vnum ex his in pane & aqua, & quandiu viuas, sine pœnitentia non sit, & fine spe vxoria permanere debes, nisi episcopus aliquam misericordiam tibi concedere voluerit.

Fecisti fornicationem, sicut Sodomitæ fecerunt, ita vñp masculi terga, & in posteriora virgam tuā immitteres, & sic secum coires more Sodomitico: si vxorem habuisti, & semel, vel bis fecisti, X. annos per legitimas ferias pœnitere debes, vnum ex his in pane & aqua. Si in consuendine habuisti, XII annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si cum fratre tuo carnali idem scelus perpetrasti, XV. annos per legitimas ferias pœnitere debes.

Si cum masculo intra coxas, vt quidam solent, fornicationem fecisti, ita dico, vt tuum virile membrum intra coxas alterius mitteres, & sic agitando semen effundenter. Si fecisti, XL. dies in pane & aqua pœnitreas.

Fecisti fornicationem, vt quidā facere solent, ita dico, tu in manum tuam veretrum alterius acciperes, & alterum in suam, & sic alternatim veretra manibus vestris comoueretis, vt sic per illam delectationem semen à te proiiceres? Si fecisti, triginta dies in pane & aqua pœnitreas.

Fecisti solus tecum fornicationem, vt quidam facere solent, ita dico, vt ipse tuum virile membrum in manum tuam acciperes: & sic duceres præputium tuum, & manu propria commoueres, vt sic per delectationem semen à te proiiceres? Si fecisti, X. dies in pane & aqua pœnitreas.

Fecisti fornicationē, vt quidam facere solent, vt tu cum virile membrum in lignum perforatum, aut id aliquod huiusmodi mitteres, vt sic per illam commotionem & delectationem à te semen proiiceres? Si fecisti, XX. dies in pane & aqua pœnitreas.

Dedisti osculum alicui firmæ per immundum defæcum, & sic te polluisti? Si fecisti, tres dies in pane & aqua pœnitere debes. Si intra Ecclesiam hoc cōtigerat, XX. dies in pane & aqua pœnitreas.

Fecisti fornicationem contra naturam, id est, vt cū masculis, vel cum animalibus coires, id est, cum equa, cum vacca, vel cum asina, vel cum alio aliquo animali, si semel,

vel bis fecisti: & si vxorem non habuisti, quod adimplere tuam libidinem potuisses, quadraginta dies, in pane & aqua, quod carinam vocant, cum septem sequentibus annis pœnitere debes, & nunquam sis sine pœnitentia. Si autem uxorem habuisti, decem annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si autem in consuetudine habuisti illud scelus, XV. annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si in pueritia tibi contigerat, C. dies in pane & aqua debes pœnitere.

Si autem seruus est, qui hæc fecerit, & vxoratus, & cum animalibus peccat, si cū scopis bene castigatur, tres annos per legitimas ferias pœnitentia. Si autem seruus sine uxore hæc fecerit, item verberibus castigatus, duos annos per legitimas ferias pœnitentia. Si autem talis est seruus, ut gratia verbera pati non velit, & est tam digna persona, ita pœnitentia, ut ille qui ingenuus est.

De illicitis cibis.

Comedisti scabiem corporalem pro aliqua sanitate, aut bibisti propter solutionem vermiculos, qui, pediculi vocantur, vel bibisti vrinam humanam, sive stercora aliqua comedisti pro sanitare aliqua? Si fecisti, XX. dies in pane & aqua pœnitentias.

Comedisti morticina, id est, animalia, quæ à lupis, seu a canibus dilacerabantur, & sic mortua inuicta sunt? Si fecisti, X. dies in pane & aqua pœnitere debes.

Comedisti aues quas oppresserat accipiter, & nō prius occidisti eas ferro aliquo? Si fecisti, V. dies in pane & aqua pœnitentias.

Comedisti aues & animalia, quæ in retibus strangulatur, & sic mortua inueniuntur? Nisi in necessitate famis feceris, X. dies in pane & aqua debes pœnitere.

Comedisti pisces, qui mortuus est in flumine inuictus? Nisi eo die à pescatoribus tactus est, & sic mortuus, & eodem die inuentus? Si fecisti, tres dies in pane & aqua pœnitentias.

De fraude.

Fecisti falsitatem, vel fraudem aliquam in mesuris, aut in ponderibus, ita dico, ut falso modio, aut cū ponderibus iniustis tua bona venderes aliis Christianis? Si fecisti, aut consensisti, viginti dies in pane & aqua pœnitere debes.

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De incestu.

Si obtrectasti turpitudinem, tu coniugatus alicuius sumæ, ita dico, si mamillas, & eius verenda obtrœctasti. Si fecisti, quinq; dies in pane & aqua pœnitentes. Si autem non fuisti cōiugatus, duos dies in pane & aqua pœnitentes.

Lauisti te in balneo cum vxore tua, & aliis mulieribus, & vidisti eas nudas, & ipsæ te? Si fecisti, tres dies in pane & aqua debes pœnitere.

De hospitalitate.

Venerunt ad te hospites tempore necessitatis, & non recepisti eos in domum tuam, & non fecisti cum eis misericordia, sicut dominus præcepit? Si non fecisti, quinque dies in pane & aqua pœnitentes.

Item de sacrilegio.

Incendiisti Ecclesiā, aut consensisti? Si fecisti, Ecclesiam restituie, & preciū tuum, id est, viregeldū tuum pauperibus distribue, & XV. annos per legitimas ferias pœnitentes.

Retinuisti oblationes mortuorum, ita ut Ecclesiam inde noluisses? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœnitentes.

Celebrasti Pascha, Pentecosten, Natalem dominum in alio loco, nisi in illa ciuitate cui tu subiectus es, nisi infirmitate te impidente? Si fecisti, X. dies in pane & aqua pœnitentes.

De excommunicatis.

Habuisti aliquam communionem cum excommunicato te sciente, ita dico, ut simul cum eo orares in Ecclesia, aut in aliquo loco, aut salutasti eum, ita ut ei audiceres, aut eum in domum reciperes, aut ei aliquam humilitatem præbuisti, clam, vel aperte, nisi eodem tempore, vel eodem itinere tecum ad satisfactionem ire vellet, & rursum ab aliis posito ei dedisti viatui necessaria? Si aliter fecisti, tunc & tu similiter excommunicatus es, sicut & illi, & debes quadraginta dies in pane & aqua, quod carinam vocant, cum septem sequentibus annis pœnitere.

De oblatione.

Detraxisti, vel retinuisti aliquid de oblationibus, quæ Deo oblatæ sunt in mancipiis, in terris, sylvis, vineis,

utensilibus, vestimentis, & in reliquis possessionibus, & quæ Ecclesiis sine dubio Christo qui earum sponsus est oblata sunt, vel testamento Ecclesiis ab aliquo fidelis reliqua? Si fecisti, vel consensisti, quadraginta dies in pane & aqua debes pœnitere.

De decimis.

Ne glexisti decimam tuam Deo dare, quam Deus ipse sibi dari constituit, id est, non dedisti ei decimam de cunctis fructibus tuis, quos tu ad tuos usus colligere desiderasti, vel collegisti, & de cunctis tuis animalibus, & decimum animal quod Deo debueras dare, & quod suum erat, illud peiori commutasti? Si fecisti vel consensisti, Deo quod suum erat in quadruplum prius restitue, & viginti dies in pane & aqua debes pœnitere.

Item de rapina.

Oppressisti pauperes qui tibi vicini erant, qui se defendere non poterant, vel eorum bona, illis nolentibus tulisti? Si fecisti, redde illis sua, & triginta dies in pane & aqua pœniteas.

Item de irreligiositate.

Ecisti quod quidam facere solent? Post prandium vadunt ad Missam, & ipsi saturi, & vinolenti, à sacerdote pro populo offerente, signum pacis accipere presumunt. Si fecisti, tres dies in pane & aqua pœniteas.

Acepisti corpus & sanguinem domini post aliquam paruissimam degustationem? Si fecisti, & semel & illud in pueritia, nisi pro viatico fecisti, decem dies in pane & aqua pœnitere debes.

Pecisti quod quidam facere solent, dum ad Ecclesiam venerint, in primis parum labia commouent quasi orent propter alios circumstantes, vel sedentes, & statim ad fabulas & ad vaniloquia festinant, & cum presbyter eos saluat, & hortatur ad orationem, illi autem ad fabulas suas revertuntur, non ad responsionem, nec ad orationem. Si fecisti, X. dies in pane & aqua pœnitere debes.

De consensu in malo.

Reticuisti peccatum fratris quod erat usque ad mortem, neque corripuisti eum, nec exhortatus es eum, ut resipiceret, nec succurristi fratri sub onere iacenti? Si fecisti, tam diu pœniteas, quam diu reticuisti.

MM ivii

D.BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

Defendisti reos propter misericordiam; vel proper
amicitiam, & in hoc immisericors fuisti innocentibus?
Si fecisti, triginta dies in pane & aqua pœnitentias.

Fecisti tibi Missam cantare, & illa sancta offerre domi
fueras, siue in domo tua, siue in alio aliquo loco, nisi in Ecclesia? Si fecisti, decem dies in pane & aqua
pœnitere debes.

De incredulis.

Credidisti quod quidam credere solent? Dum iterum
liquod faciunt: si cornicula ex finistra eorum in de-
teram illis cantauerit, inde se sperant habere prosperus
iter. Et dum anxij fuerint hospitij si tunc avis illa, qui
muriceps vocatur, eo quod mures capiat, & inde pacata
nominata, viam per quam vadunt ante se transvolauerint
illi augurio & omni magis committunt quam Deo. Si fe-
cisti, aut ista credidisti, quinque dies in pane & aqua de-
bes pœnitere.

Credidisti quod quidam credere solent? Dum necesse
habent ante lucem aliorum exire, non audient dicas
quod posterum sit, & ante gallicantum egredi non li-
ceat, & periculum sit, eo quod immundi spiritus ante
gallicinium plus ad nocendum potestatis habeant, quia
post, & gallus suo cantu plus valeat eos repellere, & sedi-
re, quam illa diuina mens quae est in homine sua fide, & ceteris
signaculo? Si fecisti aut credidisti, decem dies in pane
& aqua debes pœnitere.

Credidisti quod quidam credere solent, ut illa que
vulgo parcae vocantur, ipsæ, vel sint, vel possint hoc
facere quod creduntur, id est, dum aliquis homo nascitur,
tunc valeant illum designare ad hoc quod velint ut quae
docunque ille homo voluerit, in lupum transformari pos-
sit, quod vulgaris stultitia vverauolff vocat, aut in alteram
aliquam figuram? Si credidisti, quod vñquā fieret, aut esse
possit, ut diuina imago in aliam formam aut in speciem
transmutari possit ab aliquo, nisi ab omnipotente Deo, de-
cem dies in pane & aqua debes pœnitere.

Credidisti quod quidam credere solent, quod sunt
grestes feminæ, quas syluaticas vocant, quas dicunt
esse corporeas, & quando voluerint ostendat se suis ante-
toribus, & cum eis dicunt se oblectasse, & item quando

proper
nocent
eas.
erre du
liquolo
e & aqu
emitter
n in der
rosperit
illæ, qui
pascam
laueni
Deo Sist
aqua de
idem, cu
n necess
ent, dice
di non li
itus ante
ne, quan
e, & sedi
le, & cito
s in par
llæ qui
ssint hor
scitum, q
vt quia
nari pol
in alio
; autelle
speciem
Deo de
fluid
sd sent
as dicit
uis am
quando

volverint, abscondant se, & euaneant? Si credidisti, decem dies in pane & aqua pœnitias.

In istis omnibus supradictis debent sacerdotes magnam discretionem habere, vt discernant inter illum qui publicè peccauit, & publicè pœnituit, & inter illum qui absconde peccauit, & sua sponte confessus est.

Quamvis hæ prædictæ interrogationes fœminis & viris sint communes, tamen hæ sequentes specialiter ad fœminas pertinent.

Fecisti ut quædam mulieres in quibusdā temporibus anni facere solent, vt in domo tua mēlam præparares, & tuos cibos, & potū cum tribus cultellis supra mēlam poneres, vt si venissent tres illæ sorores, quas antiqua posteritas, & antiqua stultitia parcas nominauit, ibi reficerentur, & tulisti diuinæ pietati potestatem suam, & nomen suum, & diabolο tradidisti, ita dico, vt crederes illas quas tu dicis esse sorores, tibi posse, aut hic, aut in futuro prodesse? Si fecisti, aut consensisti, vnum annū per legitimas ferias pœnitias.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, vt faceres quoddam molinem aut machinamentū in modum virilis membra, ad mensuram tuæ voluntatis, & illud loco verē pœnum tuorum, aut alterius, cum aliquibus ligaturis colligares, & fornicationem faceres cum aliis mulierculis, vel alio eodem instrumento, siue alio tecum? Si fecisti, quinque annos per legitimas ferias pœnitias.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, vt iam supradicto molimine, vel alio aliquo machinamento, tu ipsa in te solam faceres fornicationem? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœnitias.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, quando libidinem se vexantem extinguere volunt, quæ se coniungunt, quasi coire debeant, & possint, & coniungunt in iniucem puerperia sua, & sic confricando pruritum illarū extinguere desiderant? Si fecisti, tres quadragemas per legitimas ferias debes pœnitere.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, vt cum filio tuo paruulo fornicationem faceres, ita dico, vt filium tuum supra turpitudinem tuam poneres, vt sic imitaris fornicationem? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias debes pœnitere.

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, vt succuberes aliquo iumento, & illud iumentum prouocare si coitum, qualicunque posses ingenio, vt sic coiret tecum? Si fecisti, carinam vnam in pane & aqua, cu[m] septem sequentibus annis pœnitias, & nunquam sis sine pœnitentia.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, que dum fornicantur, & partus suos necare volunt, agunt uter conceptus excutiant suis maleficijs, & suis herbis, in ut aut conceptum interficiant, aut excutiant, vel si nondum conceperunt, faciunt ut non concipient? Si fecisti, aut consensisti, aut docuisti, decem annos per legitimas ferias pœnitere debes. Sed antiqua definitio, usque ad exitum vitæ tales ab Ecclesia remouet. Nam quoties conceptum impidierat, tot homicidiorum rea erit. Sed distat multum, ut paupera sit, & pro difficultate nutriendi, vel fornicata causa, & pro sui sceleris calamidi faciat.

In concilio autem Hilerdensi de supradictis qui infantes suis ex adulterio suscepitos excutiunt ita præcipitur.

Hi verò qui male conceptos ex adulterio factos, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulterii est, patri vel matri, post septem annorum curricula commissio tribuatur: ita tamen ut omni tempore vitæ sue, diebus & humilitati insistant.

Donasti vel ostendisti alicui, ut conceptum suum excuteret, aut occideret? Si fecisti, septem annos per legitimas ferias pœnitere debes.

Excessisti conceptum tuum antequam viuificaretur? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœnitere debes: fecisti post conceptum spiritum, tres annos per legitimas ferias pœnitere debes.

Inferfecisti filium, vel filiam voluntariè post partum? Si fecisti, XII. annos per legitimas ferias pœnitere debes, & nunquam debes esse sine pœnitentia.

Ne glexisti infantem tuum, ut per culpam tuâ finitas moreretur? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœnitere debes, & nunquam sis sine pœnitentia.

Confecisti aliquam mortiferam potionem, & cum aliquem occidisti? Si fecisti, carinam vnam cum sequentibus annis ieunare debes, & nunquam sis sine pœnitentia.

nitentia. Si voluisti autem & non perfecisti homicidium, annum vnum per legitimas ferias pœnitere debes.

Gostasti de semine viri tui, ut propter tua diabolica facta plus in amore tuum exaraderet? Si fecisti, septem annos per legitimas ferias pœnitere debes.

Bibisti chrisma ad subuertendum Dei iudicium, vel ali- quid in herbis, vel in verbis, vel in ligno, vel in lapi- de, aut in aliqua stulta fide, vel ipsa fecisti, vel aliis consi- liata es, aut in ore tuo tenuisti, aut in vestimentis tuis in- futum, vel circa te ligatum habuisti, vel qualicunque inge- nio faceres, ut crederes diuinum iudicium subuertere posse? Si fecisti, septem annos per legitimas ferias pœnitere debes.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, & firmi- ter credunt, ita dico, ut si vicinus eius lacte vel apibus abundaret, omnem abundantiam laeti & mellis quam suus vicinus ante se habere visus est, ad se & ad sua animalia, vel ad quos voluerint à diabolo adiutare, suis fascinationi- bus & incantationibus se posse conuerttere credant? Si fe- cisti, tres annos per legitimas ferias pœniteas.

Credidisti quod quædam credere solent, ut quamcun- que domum intrauerint, pullos aucarum, pauonum, pullos gallinarum, etiam porcellos, & aliorum animalium factus, verbo, vel visu, vel auditu, obfascinare & perdere posse affirment? Si fecisti, vel credidisti, vnum annum per legitimas ferias debes pœnitere.

Credidisti quod multæ mulieres retrò Satanam cōuer- sa credunt & affirmant verum esse, ut credas inquietæ noctis silentio cum te collocaueris in lecto tuo, & marito tuo in sinu tuo iacente, te dum corporea sis ianuis clausis exire posse, & terrarum spacia cum aliis simili errore de- ceptis pertransire valere, & homines baptizatos, & Chri- sti sanguine redemptos, sine armis visibilibus & interfice- re, & decoctis carnibus eorum vos comedere, & in loco cordis eorum strainen aut lignum, aut aliquod huiusmodi ponere, & commestis, iterum viuos facere, & inducias vi- uendi dare? Si credidisti, quadraginta dies id est, catinā in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœniteas.

Credidisti quod quædam mulieres credere solent, ut tu cū aliis diaboli membris ite inquietæ noctis silentio clavis ianuis in ærem usque ad nubes subleueris, & ibi

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

cum alijs pugnes, & vt vulneres alias, & tu vulnerabes accipias? Si credidisti, duos annos per legitimas ferias pœnitezias.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent? Tollunt scem viuum, & mittunt eum in puerperium suum, & tandem eum ibi tenent, donec mortuus fuerit, & decocto scem vel assato, maritis suis ad comedendum tradunt, ideo faciunt hoc, vt plus in amorem earum exardescant? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœnitezias.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent? Prosternunt se in faciem, & discooperunt natibus, iubent, vt supradas nates conficiatur panis, & eo decocto tradunt manu suis ad comedendum. Hoc ideo faciunt, vt plus exardescant in amorem illarum? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœnitezias.

Posuisti infantem tuum iuxta ignem, & alius calentiam supra ignem cum aqua misit, & ebullita aqua perfusus est infans, & mortuus est. Tu autem qui infantem septem annos in tua custodia debuisti habere, tres annos per legitimas ferias pœnitere debes. Ille autem qui aquam in caldarium misit, innocens erit.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent, diabolus adimpleret disciplinis? Quæ obseruant vestigia, & indagines Christianorum, & tollunt de eorum vestigio cibum, & illum obseruant, & inde sperant sanitatem, aut via eorum auferre? Si fecisti aut consensisti, quinque annos per legitimas ferias pœnitere debes.

Fecisti quod quæda mulieres facere solent? Tollunt instrumentum suum sanguinem, & immiscant cibo vel potu mandantis viris suis ad manducandum, vel ad bibendum, ut diligantur ab eis? Si fecisti, quinque annos per legitimas ferias pœnitezias.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent? Tollunt flamam hominis, & igni comburunt, & cinerem dant viris suis ad bibendum pro sanitate? Si fecisti, unum annum per legitimas ferias pœnitezias.

Comedisti vel bibisti alicuius animalis sanguinem? Si fecisti, quinque dies in pane & aqua pœnitezias.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent? Illæ dico quæ habent vagientes infantes, effodiunt terram, & et

parte pertusant eam, & per illud foramen pertrahunt infan-
tem, & sic dicunt vagientis infantis cessare vagitum. Si fe-
cisti, aut consensisti, quinq; dies in pane & aqua pœnitentias.

Fecisti quod quædam mulieres instinctu diaboli facere
solent? Cùm aliquis infans sine baptismo mortuus fue-
rit, tollunt cadaver paruuli, & ponunt in aliquo secreto lo-
co, & palo corpusculum eius transfigunt, dicentes si sic non
fecissent, quòd infantulus surgeret, & multos ledere posset?
Si fecisti, aut consensisti, aut crededidisti, duos annos per
legitimas ferias debes pœnitere.

Fecisti quod quædam facere solent, diaboli audacia re-
plete? Cùm aliqua fœmina parere debet, & non potest,
dum parere non potest, in ipso dolore si morte obierit, in
ipso sepulchro matrem cum infante palo in terram trans-
figunt. Si fecisti, aut consensisti, duos annos per legitimas fe-
rias debes pœnitere.

Oppressisti infantem tuum sine voluntate tua, aut pon-
dere vestimentorum tuorum suffocasti, & hoc post
baptismum factum fuerat? Si fecisti, XL. dies, id est, carinam
in pane & aqua, & holericibus, atque leguminibus pœnitentias,
& à coniuge te abstineas, donec illi XL. dies pertransiant.
post, tres annos per legitimas ferias, & tres quadragesimas
in anno obserues. Quòd si ante baptismum infans oppressus
fuerit, proximos XL. dies ut supra preceptum est, pœnitentias.
Postea verò quinquennium expleas.

Inuenisti infantem tuum iuxta te oppressum, vbi tu & vir-
tuus simul in lecto iacuisti, & non apparuit vtrum à
patre, seu à te suffocatus esset, an propria morte defunctus
esset. Nō debetis inde securi esse, nec esse sine pœnitentia.
Sed tamen in his magna cōsideratio debet esse pietatis, vbi
nulla mala voluntas fuit, sed propria mors. Tamen propter
negligentiam, XL. dies in pane & aqua debetis pœnitere.
Si autem vos non latet interfectores esse infantis, non vo-
luntate, sed negligentia, tres annos per legitimas ferias po-
nitere debetis, vnum ex his in pane & aqua, & tempore pœ-
nitudinis ab omni luxuria vos custodire debetis.

Exercuisti lænocrinum aut in te ipsa, aut in aliis, ita di-
co, ut tu meretricio more tuis amatoribus corpus tuum
ad trastandum, & ad sordidandum, pro precio tradidisses,
seu quod crudelius est, & periculosius est, alienum corpus,

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

filiæ dico , vel neptis , & alicuius Christianæ , amatorum vendidisti , vel concessisti , vel internuncia fūisti , vel confliata es ut stuprum aliquod tali modo perpetraretur ? Si fecisti , sex annos per legitimas ferias pœnitentes . Tamen in concilio Elibertano præcipitur , vt ille qui hæc perpetraverint nisi in fine non accipiat communionem .

Fecisti quod quædam mulieres facere solent cum infans nouiter natus est , & statim baptizatus , & sic in ornatum fuerit , dum sepeliunt eum , in dexteram manum ponunt patenam ceream cum oblata , & in sinistrâ manu calicem cum vino si militer cereum ponunt ei , & sic eum sepeliant . Si fecisti , decem dies in pane & aqua pœnitere debes .

Fecisti quod quædam mulieres adulteræ facere solent . Cùm primùm intellexerint quod amatores eorum , legitimas uxores voluerint accipere , tunc quadam arte malefica libidinem virorū extingunt , vt legitimiis prodescant possint , neq; cum eis coire . Si fecisti , aut alios docuisti , dies in pane & aqua pœnitere debes .

Obtulisti infantem tuum ad baptizandum , nisi legimo tempore , id est , in sabbato Paschæ , & in sabbato Pentecostes , nisi infirmitatis necessitate . Si fecisti , decem dies in pane & aqua debes pœnitere .

Negelexisti visitare infirmos , & non venisti ad eos in carcere erant , & non subministrasti eis ? Si non fecisti , decem dies in pane & aqua pœnitentes .

Comedisti carnem in quadragesima ? Si fecisti , ipsius anni circulo ab omni esu carnium refrineras .

Comedisti de cibo Iudæorum , vel aliorum pagani rum , quem ipsi sibi præparauerunt ? Si fecisti , decem dies in pane & aqua pœnitentes .

Fecisti quod quidam facere solent ? Dum ad Ecclesiam vadunt , in ipsa via proferunt suas vanitates , & loquuntur ociosa , nec in eadem via cogitant aliquid quod ad animæ utilitatem pertineat , & cùm venerint in atrium Ecclesiæ ubi sepulta sunt corpora fidelium , & dum calcuerint sepulchra proximorum non recordantur quid futurum sit , nec ullam mentionem , nec villas preces pœnis ad dominum fundunt , quod facere debuerunt . Si neglexisti , decem dies in pane & aqua pœnitentes ; & vide r.

terius ne tibi contingat. Sed quandocumque in atrium Ecclesiae intraueris, ora pro eis, & roga illas sanctas animas quarum corpora ibi requiescunt, ut quantum possint pro tuis peccatis ad dominum intercedant.

Operatus es aliquid in dominica die: Si fecisti, tres dies in pane & aqua pœnitere debes.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent? Deponunt vestimenta sua, & totum corpus nudum melle inungunt, & sic mellito suo corpore supra triticum in quodam lintheo in terra deposito, sese hac atque illac saepius reuelunt, & cuncta tritici grana, quæ humido corpori adhaerent, cautissimè colligunt, & in molam mittunt, & retrorsum contra solam molam circuire faciunt & sic in farinam redigunt, & de illa farina panem conficiunt, & sic maritis suis ad comedendum tradunt, ut comesto pane marcescant, & deficiant? Si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœnitire as.

Fecisti quod quædam mulieres facere solent? Dum pluviam nō habent, & ea indigent, tunc plures puellas congregant, & vnam parvulam virginem quasi ducem sibi præponunt, & eandem denudant, & extra villam ubi herbam aliquam inueniunt, quæ Teutonicæ belisa vocatur, sic nudata deducunt, & eandem herbæ eandem virginem sic nudam minimo digito dextræ manus eruere faciunt, & radicibus errata cum ligamine aliquo, ad minimū digitū dextri pedis ligare faciunt. Et singulæ pullæ singulas virgas in manibus habentes, supradictam virginem herbam post se trahentem in flumen proximum introducunt, & cum eisdem virgis, virginem flumine aspergunt, & sic suis incantationibus pluviam se habere sperant. Et post eandem virginem sic nudam transpositis & mutatis in modum cancri vestigiis, à flumine ad villam, inter manus educunt? Si fecisti, aut consentiens fuisti, viginti dies in pane & aqua debes pœnitere.

De admonitione octo principalium vitiorum, & eorum speciebus. Cap. VI.

Nunc tibi octo principalia vitia explicabo. Si in illis *Ex pœnitente* percussum, taquum, & vulneratum sentis, vide *tentia i* ne me cæles, id est, superbiam, vanam gloriam, intuidiam, *Theodo* iram, tristitiam, auaritiam, ventris ingluviem, luxuriam.

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

Ex quibus si te culpabilem recognoscis, pœnitentiam si-
scipe, nam ex his omnia vitia oriuntur.

De superbia, quæ initium omnis peccati est, & reginae
mñium malorum, nascitur omnis inobedientia, on-
nis præsumptio, & omnis pertinacia, contentiones heretici,
arrogantia.

De vana gloria, iactantia, arrogantia, indignatio, discon-
dia, inanis gloriæ cupido, & hypocrisis.

De inuidia, nascitur odium, susurratio, detracatio, exulta-
tio in aduersis proximi, afflictio in prosperis.

De ira, oriuntur rixæ, tumor mentis, contumelie, clamor,
indignatio, præsumptio, blasphemie, sanguinis effusio, ho-
micidia, vlciscendi cupiditas, iniuriarum memoria.

De tristitia, nascitur malitia, rancor animi, pusillanimi-
tas, amaritudo, desperatio, torpor, vagatio mentis, sa-
& præsentis vitæ nulla delectatio.

De avaritia, oriuntur inuidiae, furta, latrocinia, homi-
dia, mendacia, periuria, rapina, violentia, inquietudo, ini-
sta iudicia, contemptus veritatis futurae, beatitudinis obli-
uio, obduratio cordis.

De ventris ingluviæ, propagatur inepita lætitia, scurri-
tas, leuitas, vaniloquium, immūdicia corporis, instabilitas
mentis, ebrietas, libido, hebetudo sensus.

De luxuria, generatur cæcitas mentis, inconsideratio, in-
constantia oculorum, vel totius corporis præcipitatio, am-
immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus præse-
tis seculi, horror & desperatio futuri.

*Item de virtutibus quibus eadem vitia superari posint,
& de conclusione pœnitentia. Cap. VII.*

Ergo si superbus usque modo fuisti, humilia te ipsum in
conspicu Dei. Si vanam gloriam dilexisti, cogita
propter transitoriam laudem, æternam perdas mercedem.
Si inuidiae rubigo te hucusque consumpsit, quod est peccatum
maximum, & super omnia detestabile: quia diabolus
comparatur inuidus, qui primo homini inuidit datum, quod
ipse per suam culpam perdidera, age pœnitentia, & profici
aliorum tuum deputa. Si tristitia te superat, patientiam &
longanimitatem meditare. Si avaritiae morbus te grauat, cogi-
ta quia radix est omnium malorum, & idolatriæ compa-
ratur, & ideo largum te esse oportet. Si ira te vexat, que-

stultorum sinu requiescit, dominari debes animo tuo, & hanc à te mentis tranquillitate fuga. Si ventris ingluies te ad deuorandum pertrahit, sobrietatem sectare. Si luxuriae, castitatem vole.

Tunc prosterat se pœnitens in terrā, & cum lachrymis dicat: Et in his, & in aliis vitiis, quibuscumque humana fragilitas contra Deum, & creatorem suum, aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus me peccasse, & reum in conspectu Dei super omnes homines esse cognoscō, & confiteor. Humiliter etiā te sacerdos Dei exposco, & intercedas pro me, & pro peccatis meis ad dominum, & creatorem nostrum, quatenus de his, & omnibus sceleribus meis veniam, & indulgentiam consequi merear.

Deinde sacerdos cum pœnitente prosteruat se in terram, & decanter hos sequentes Psalmos.

In primis dicat Psalmum trigesimum septimum totum, Domine ne in furore tuo: & postea dicat, Oremus, & cantet Psalmum CII. Benedic anima mea domino: & iterum dicat, Oremus, & cantet Psalmum L. Miserere mei Deus. Post hæc cantet Psalmum LIII. Deus in nomine tuo: & dicat, Oremus, & cantet Psalmum LI. Quid gloriaris in malitia.

Tunc dicat has sub sequentes orationes.

Deus cuius indulgentia nemo non indiget, memento famuli tui N. qui lubrica terreni corporis fragilitate nudatus est quæsumus, da veniam confitenti, parce supplici, ut qui suis meritis accusatur, tua miseratione saluetur. Per dominum.

Domine sancte pater omnipotēs æterne Deus, qui per Iesum Christum filium tuum dominū nostrū vulnus nostra curare dignatus es, te supplices rogamus, & petimus, ut precibus nostris aurem tuę pietatis inclinare digneris, qui etiam remittis omnia crimina, & peccata universa condonas, desq; huic famulo tuo domine pro suppliis veniam, pro mœrore læticiā, pro morte vitā, ut de tua misericordia confidens, peruenire mereamur ad vitam æternam. Per eundem dominum.

Omnipotens & misericors Deus, qui peccatorū indulgentia, in confessione celeri posuisti, succurre lapsis,

NN

D. BVRCHAR D. EPIS. VVORMA

miserere confessis, ut quos delictorum cathena constrin-
git, magnitudo tuę pietatis absoluat. Per,

P Recor, domine, clementiae, & misericordia tua mai-
starem, ut famulo tuo N peccata & facinora sua con-
fidenti, debita relaxare, & venia praestare digneris, & pa-
teritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tu
ouem perditam reduxisti, qui publicani precibus, & con-
fessione placatus es: tu etiam domine huic famulo tuo pa-
catus esse digneris, tu huius precibus benignus aspirans
in confessione placabilis permaneat, fletus eius & penitentia
perpetuam clementiam tuam cleriter exoret, sanctisq[ue]
tarib[us] restitutus, spei rursum aeternae ac celestis gloria
cipetur. Qui viuis & regnas.

Deinde adiunge.

D Eus omnipotēs sit adiutor & protector tuus, & pro-
stet indulgentiam de peccatis tuis, præteritis, praes-
tibus, & futuris, Amen.

Salubræ antidotum animabus. Cap. VIII.

Ex scri- I Nstitutione illa quæ siebat in diebus patrum nostrorum
ptis pro- rectas vias nunquam deseruit, qui instituerunt poenitentia-
phetæ & tibus, atq[ue] lugentibus suas passiones, ac vitia medicamenta
Gregor. salutis aeternæ superare. Quia diuersitas culparum, dicit
Hierony. statem facit poenitentibus medicamentorum. Velut me
August. dici corporum diuersa medicamenta, vel potionis soler-
& de tri facere, contra diuersitatem infirmitatum. Vel iudices se-
bus poeni- larium causarum diuersa agunt iudicia, qui boni sunt, &
tentialibus recta pensant, atque tractant quomodo iudicent, recte in
collectu. ter miseris & diuites, inter causam, & causam: Quanto ma-
gis igitur sacerdotes Dei diuersa medicamenta animarum
inuisibilium hominibus pesare, & tractare oportet, ne per-
stultum medicum vulnera animarum putrefiant, & per-
tra fiant, propheta dicente: Computruerūt cicatrices metu-
à facie insipientiæ meæ. O stulte medice, noli decipere
mam tuam & illius, ne duplē pœnam accipias, vel li-
ptuplā, vel millenā. Audi Christum dicentem: Si-
cus cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt. Et si uocas
me iudicet, ô non intelligis quod Deus iudex iustus?

fortis videt, & audit, & in palam abscondita deducet, & reddet vnicuique secundum opera sua? Et item: Verè sunt nonnulli, cæcorum canum similitudinem habentium, currentium ad cadavera mortuorum, vel similitudinem coruorum volantium, qui ad sacerdotium euehuntur, nō propter Deum, sed plus propter honorem terrenum inhiates, cæci diuina sapientia. De talibus dixit Gregorius Nazarenus: Timeo hoc, quod canes affectantur officium pastore: maxime cum semetipſis nihil præparauerint disciplinæ. Ezechiel nanque ait: Vx pastoribus Israël, qui pafcebant semetipſos, & non gregem. Lac bibebat, & lanis eorum operiebatur, & quod crassum fuit, manducabat, quod fractum fuit, non alligabant, & reliqua. Item Ezechiel ait: Vx sacerdotibus, qui comedunt peccata populi mei, hoc est sibi eorum sumentes viſtmas, & non orantes pro eis, comedentes hostias, & nō coripientes, qui vbi morituros homines audiunt, inde gaudent, & præparant se ad prædā quasi corvi ad cadavera mortuorum. Nunc ergo, o fratres qui voluerit sacerdotis nomen habere, in primis propter Deum cogitet, vt discat ea quæ ei necessaria sint, antequā manus episcopi caput eius tāgat: Id est, Psalteriū, Lectiōnarium, cum Euangeliis, Sacramentorum librum, Baptiſterium. Et coimputum, cum cyclo cum cōmendationibus animarū, martyrologiuin, homelias per circulum anni plebibus prædicandas. Istud est simpliciorum: quia si vnu ſupralictorum defuerit, sacerdotis nomen in eo non cōſtabit. Ad hæc autem suum pœnitentiale, qui & secundum canonū authoritatem, & iuxta sententias trium pœnitentialium, Theodori episcopi, & Romanorum pōtificum, & Bedæ ordinetur. Sed in pœnitentiāli Bedæ plura inueniuntur utilia: plura autē inueniuntur ab aliis inserta, quæ nec canonibus, nec aliis pœnitentialibus conueniant. Sapiēs autem medicus excipiat quæque meliora, vt discretiones omnium causarum inuestigare possit, sine quibus rectū iudicium non potest stare. Quia scriptum est: In nulla re appareas indiscretus, sed distingue quid, vbi, quandiu, quādo, qualiter debeas facere. Nō omnibus ergo in vna eademq; libra pensandum est, licet in vno constringantur vitio, sed discretio sit inter vnu quodq; eorum, hoc est inter diuitē & pauperem, inter liberū & seruum, infantē, puerū, iuuenem,

NN ii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

adolescentem, etate senem, hebetem, ignarum, laicum, clericum, monachum, episcopum, presbyterum, diaconum, diaconum, lectorem, in gradu, vel sine gradu, coniugatum, vel sine coniugio, peregrinum, indigenam, virginem, vidua, canonica, monacham, debilem, infirmum, sanum, forniciantem cum animalibus, vel cum hominibus contra naturam, continentem, vel incontinentem, voluntate, necessitate, vel casu, seu in publico peccantem, vel in abscondito, & quali compunctione haec omnia emendet, ut & loca, & tempora penitendi discernat.

HAEC omnia de canonibus, & de sanctorum patrum sententiis, & de Hieronymo, de Augustino, Gregorio, Theodoro, Beda, & ex penitentiali Romano, vera collegimus: & ut nulli necesse sit perire, scientibus & intelligentibus animarum medicis, haec temperanda committimus. In Iesu filio Sirach dicitur: In iudicando esto misericors, pupillis ut pater. Item sanctus Iacobus ait: Iudicium fine misericordia erit illi, qui non facit misericordiam: superexaltet autem misericordia iudicium. Et sanctus Augustinus dicit, de illis qui veram penitentiam faciunt, in se iunio, & fletu, in eleemosynis, in orationibus, & ut perpetrata iterum non faciant: & si fecerint, tam non perseuerunt in eis. Quia Deus dixit: Malum cogitasti: ignoui. Malum dixisti: ignoui. Malum fecisti: ignoui. Perseuerare in malo non ignosco. Ergo qui perseuerant in malo, non ignoscet, sed iudica districtum iudicium secundum canones, & iuxta instituta maiorum, ut ceteri timorem habeant.

Penitentia illius anni, qui in pane & aqua ieiunandus est, isto ordine obseruari debet. Cap. IX.

Ex penitentia anni. **P**OENITENTIA vnius anni, qui in pane & aqua ieiunatur, est, talis esse debet. In unaquaque hebdomada tres dies, id est, secundam feriam, quartam feriam, sextam feriam, pane & aqua ieiunet. Et tres dies, id est, tertiam feriam, quintam, & sabbatum, a vino, medone, mellita, ceruisia, a carne, & sagamine, & a caseo, & ouis, & ab omni pingui pisco se abstineat. Manducet autem minutos pisciculos si habere potest. Si haberet non potest, tantum vnius generis pisces, & leguminas, & holera, & poma, si vult comedat, & ceruisia bibat. Et in diebus dominicis, & in Natale domini, il-

los quatuor dies. Et in Epiphania domini, vnum diem. Et in Pascha vsque in octauum diem, Et in Ascensione domini, Et in Pentecoste quatuor dies, Et in Missa sancti Ioannis Baptiste, Et sanctae Mariae, Et XII. apostolorum, Et sancti Michaëlis, Et sancti Remigii, & omnium sanctorum, Et sancti Martini, Et in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. In his supradictis diebus faciat charitatem cum ceteris Christianis, id est, vtatur eodem cibo & potu quo illi. Sed tamen ebrietatem & ventris distensionem, semper in omnibus caueat.

*Grego-
era co-
intelli-
nimit-
o'miferi
adictum
djam: fa
us Augu-
at, in ie-
perpe-
erseuer-
oui. Ma
rare in
o igna-
nes, &
nt.
das
unadas
es dies
riam pa-
teriam,
à car-
ii pista
habe-
s pilce
cerur
nni, il-*
*Itte annus secundus est ab illo anno, qui in pane & aqua obser-
vandus est, & post illum ieunandus. Qui etiam dandus est illis,
qui viros ecclesiasticos sponte occidunt, & in consuetudine ha-
bent sodomiticum scelus, & qui in consuetudine habent contra na-
turam peccare, & in Ecclesiis homicidia sponte committunt, &
Ecclesiis incendunt, & in Ecclesiis adulteria committunt, & qui
alia huiusmodi perpetraverint. Cap. X.*

POEnitentia illius anni, talis esse debet, ut duos dies, id est, secundam & quartam feriam, in unaquaque hebdomada ieunet ad vesperam, & tunc reficiatur de sicco cibo, id est, pane & leguminibus siccis, sed coctis, aut pomis, aut holericibus crudis, vnu eligat ex his tribus, & vtatur, & certissimam bibat, sed sobrie. Et tertium diem, id est, sextam feriam in pane & aqua obseruet, & tres quadragesimas ieunet, vna ante Natale domini: secundam ante Pascha, tertiam ante Missam sancti Ioannis, & si tota quadragesima, ante missam sancti Ioannis implere non possit, post missam impletat. Et in his tribus quadragesimis ieunet duos dies in hebdomada ad nonam, & de sicco cibo comedat, ut supra notatum est, & VI. feriam ieunet in pane & aqua. Et in diebus dominicis, & in Natali domini, illos quatuor dies. Et in Epiphania domini, vnum diem. Et in Pascha vsque in octauum diem. Et in Ascensione domini, Et Pentecoste quatuor dies, Et in missa sancti Ioannis Baptiste, Et sanctae Mariae, Et XII. apostolorum, Et sancti Michaëlis, Et sancti Remigii, Et omnium sanctorum, Et sancti Martini, Et in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. In his supradictis diebus faciat charitatem cum ceteris Christianis. Sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem, semper in oībus caueat.

Ex eodē.

NN iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De illis qui iejunare & adimplere non possunt quod
in penitentiali scriptum est. Cap. XI.

Ex eodē.

QVI iejunare potest, & implere quod in penitentia-
li scriptū est, bonum est, & Deo gratias referat. Qu-
autem non potest, per misericordiam Dei con-
filiū damus tale, ut nec sibi, nec alicui necessē sit, nec de-
sperare, nec perire.

De redēptione illius anni, quem in pane & aqua
iejunare debet. Cap. XII.

Ex eodē.

PR O vno die quem in pane & aqua iejunare debet, Psalmos genibus flexis in Ecclesia, si fieri potest, decā-
tet: sin autem, in loco conuenienti eadem faciat, & vno pauperem pascat, & eo die excepto vino, carne, & sagim-
ne, sumat quicquid velit.

Alio modo. Cap. XIII.

Ex eodē.

SI autem talis est, quod tādiu in genibus iacere nō po-
lit, faciat autem sic: infra Ecclesiam, si fieri potest, si
autem, in uno loco stando intentē, LXX. psalmos per ordi-
nem decātē, & pauperem pascat, & eo die excepto vino,
carne, & sagamine, sumat quicquid velit.

Item alio modo. Cap. XIV.

Ex eodē.

QVI in Ecclesia genua centies flexerit, id est, si cen-
ties veniā petierit, si fieri potest, ut in Ecclesia ha-
bit hoc iustissimum est. Si autē hoc fieri non potest,
secretē in loco conuenienti eadem faciat, si sic fecerit,
die excepto vino, carne, & sagamine, sumat quod placeat.

Item alio modo. Cap. XV.

Ex eodē.

QV VI Psalmos non nouit, vnum diem quem in pane
& aqua pœnitere debet, diues tribus denariis, & pri-
per uno denario redimat, & eo die excepto vino, carne, &
sagamine, sumat quicquid velit.

Item alio modo. Cap. XVI.

Ex eodē.

PR O vno die, quem in pane & aqua pœnitere debet,
tres pauperes pascat. Et eo die excepto vino, carne,
sagamine, sumat quod placeat.

Ex eodē.

QVIDAM dicunt XX palmatas valere pro uno die.

Item alio modo. Cap. XVII.

De redēptione vnius hebdomadæ quam in pane & aqua ieiunare debet. Cap. XVIII.

Pro vno hebdomada quam in pane & aqua ieiunare Ex codē.
debet, CCC. Psalmos genibus flexis in ecclesia de-
cantet. Si autem hoc facere non potest, tria Psalteria in
Ecclesia, vel in loco conuenienti intentè decantet. Et post-
quam psallerit, excepto vino, carne, & sagimine, sumat
quicquid velit.

*De redēptione vnius mensis, quem in pane & aqua
ieiunare debet.* Cap. XIX.

Pro vno mense quem in pane & aqua ieiunare debet, Ex codē.
Psalmos mille ducentos genibus flexis decantet.

Si autem hoc facere non potest, sine genuflexione se- Ex codē.
dendo, aut stando in Ecclesia si fieri potest: Sin autem,
in uno loco, mille DC. octoginta Psalmos decant. Et om-
ni die si velit, & si abstinere non vult, reficiat se ad sex-
tām nisi quartam feriam, & sextam, ieiunet ad nonam. Et
à carne, & à sagimine, & à vino, totum mensē se absti-
neat. Alium autem cibum postquam Psalmos supradictos
decantauerit, sumat. Isto ordine, totus ille annus redi-
mendus est.

*De illis qui ieiunare non possunt, & Psalmos nesciunt,
quomodo pœnitentiam vnius anni quem in pa-
ne & aqua ieiunare debent redimere pos-
sint.* Caput X X.

Qviverò Psalmos non nouit, & ieiunare non potest, Ex codē:
pro vno anno quem in pane & aqua pœnitere de-
bet, det pauperibus in eleemosynam vigintiduos
solidos, & omnes sextas ferias ieiunet, in pane & aqua. Et
tres quadragesimas, id est, quadraginta dies ante Pascha,
& quadraginta dies ante festiuitatē sancti Ioannis Bapti-
stæ, & si ante festiuitatē aliquid remanserit, post adimpleat,
& quadraginta dies ante Natalem dñi, in istis tribus qua-
dragesimis, quicquid suo ori præparatur in cibo, vel in po-
tu, vel cuiuscunq; generis fit, istud æstimet quanti præcij
sit, vel esse possit, & medietatem illius precij distribuat
in eleemosynam pauperibus & assidue oret, & roget
Deum ut oratio eius, & eius eleemosynæ apud Deum ac-
ceptabiles sint.

D.BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

Item redemptio illius anni quem in pane & aqua
pœnitere debet. Cap. XXI.

Ex pœni-
tentiali
Theodo-

I Tem qui iejunare nō potest, & obseruare quod in pœnitentiali scriptum est, hoc faciat quod sanc tus Bonifacius papa constituit. Pro vno die quem in pane & aqua iejunare debet, roget presbyterum, vt Missam cantet pro nisi sint crimina capitalia quæ confessa prius lauari cum lachrymis debent, & tunc ipse adsit & audiat Missam, & deuotè ipse offerat propriis manibus panem & vinum inibus sacerdotis, & intentè respondeat quantum sapit salutationes, & ad exhortationes sacerdotis, & humiliter Deum deprecetur, vt oblatio quam ipse & presbyter pro & pro peccatis suis Deo obtulerunt, Deus omnipotens sericorditer per angelum suum suscipere dignetur. Et eo die excepto vino, & carne, & lagimine, comedat quicquid vult. Et sic redimatur reliquos anni dies.

De illis qui iejunare non possunt, & habent undiderimere possint. Cap. XXII.

Ex eodē.

Si quis fortè non potuerit iejunare, & habuerit unde possit redimere, si diues fuerit pro septem hebdomadibus det solidos, XX. Si non habuerit unde tantum duos possit, det solidos, X. Si autem multum pauper fuerit, da solidos tres. Neminem verò conturbet quia iussimus duos solidos, XX. aut minus: quia si diues fuerit, facilius est illud dare solidos, XX. quam pauperi tres. Sed attendat unde quisque cui dare debeat, siue pro redemptione captiuorum, siue super sanctum altare, siue Dei seruis, seu pauperibus, in eleemosynam.

De illis qui non possunt adimplere, quod in pœnitentiali scriptum est. Cap. XXIII.

Ex eodē.

Qui non potest sic agere pœnitentiam ut superiorius ximus, faciat sic: Si tres annos continuos iejunare debet, & iejunare nō potest, sic redimere potest. In primo anno eroget in eleemosynam solidos viginti. In secundo anno eroget in eleemosynam solidos, XX. In tertio anno solidos, XVIII. Hoc sunt solidi, LXIII. Potestes autem homines plus dare debent: quia cui plus comittitur, plus ab eo exigetur. Et qui illicita committunt, et à licitis se abstinere debent, & corpus debent affigere.

iuniis, vigiliis, & crebris orationibus. Caro enim læta trahit ad culpam: afflita autem reducit ad veniam.

De illis qui ieunare non possunt, & non habent unde redimere possint. Cap. XXIII.

Qui ieunare non potest & non habet unde redimat *Ex pœnitentiali* & *Psalmos nouit*, pro vno die quem in pane & aqua *tentiali* ieunare debet tribus vicibus: Beati immaculati, *Bedæ pres* vsque, Ad dominū cum tribularer decantet. Et sexies: *Mi- byteri.* ferere mei Deus. Et septuages prosternat se in terram, & per singulas genuflexiones, Pater noster decantet. Qui autem *Psalmos* nescit, pro vno die quem in pane & aqua ieunare debet, centies prosternat se in terram, & per singulas genuflexiones, Pater noster dicat.

De redemptione septem annorum. Cap. XXV.

Item alio modo, XII. triduanæ singulæ cum psalteriis *Ex pœnitentiiali* III. impletis, & cum palmatis, CCC. per singula psalteria excusant ynius anni pœnitentiam. Et vigintiquatuor *Romano.* biduanæ similiter, cum tres psalteriis impletis, & CCC. palmatis p singula psalteria, excusant duos annos, LXXV. psalmi, cum totidem veniis per noctem, & cum palmatis, CCC. excusant biduanam. Centum psalmi cum veniis per noctem, & cum palmatis, CCC. excusant triduanā, CX. missæ speciales, singulæ cum, III. psalteriis, & CCC. palmatis excusant annum, centum solidi dati in eleemosynam annum excusant.

Ut in capite quadragesimæ omnes publicæ pœnitentes in ciuitatem ventiant, & ante fores Ecclesiæ nudis pedibus, & cilicio induiti, episcopo suo se representent. Cap. XXVI.

In capite quadragesimæ omnes pœnitentes qui publicā *Ex cōtil.* suscipiunt aut suscepunt pœnitentiam, ante fores Ec- Agathen. clesiæ se representent episcopo ciuitatis, sacco induiti, nu- cap. 9. dis pedibus, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent decani, id est, archipresbyteri parochiarum, id est, presbyteri pœnitentū, qui eorum conuersationē diligenter inspicere debet, & secundū modum culpæ, pœnitentiā per præfixos gradus iniugat. Post hæc in Ecclesiam eos introducat, & cum omni clero septem pœnitentiæ *Psalmos* in terram prostratus

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAQ.

cum lachrymis pro eorum absolutione decanter. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus imponat, aquam benedictam super eos spargat; cinerem prius mittat, dein de cilicio capita eorum cooperiat, & in gemitu & crebris suspiriis eis denunciet, quod sicut Adam proiectus est de paradiſo, ita & ipsi ab Ecclesia pro peccatis abiiciuntur. Post hanc iubeat ministris ut eos extra manus Ecclesiae expellant. Clerus vero prosequatur eos cum Responsorio: In sudore vultus tui vesceris pane, &c. viventes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremet. Etiam atque commotam, non parui pendant penitentiam. In sacra autem domini cena rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, Ecclesiae liminibus represententur.

Vt penitentes quando penitentiam petunt, impositionem manuum consequantur. Cap. XXVII.

*Ex eccl
cap. 7.*

Poenitentes tempore quo penitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super capita a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur.

Qua autoritate modus penitentiae peccata confiteribus imponi debet. Cap. XXVIII.

*Ex eccl.
Maguti,
cap. 10.*

Modus tempusq; penitentiae peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctorum scripturarum autoritatem, aut per ecclesiastici consuetudinem probatam imponi debet a sacerdotibus. Nam qui peccatis grauibus leues quosdam & inusitatos imponunt penitentiae modos, consuunt puluillo secundum propheticum sermonem sub omni cubito manus, & facie cervicalia sub capite vniuersae aetatis ad capiendas amittunt, sed discretio seruanda est inter penitentes publice, & absconde. Nam qui publice peccat, oportet ut publice multetur penitentia, & secundum ordinem canonum, promerito suo excommunicetur, & reconcilietur.

Quod diuersitas culparum, diuersitatem faciat penitentiarum. Cap. XXIX.

*Ex dictis
August.*

Diuersitas culparum, diuersitatem facit penitentium. Nam & corporum medici, diuersa medicamenta

et compónunt, ut aliter vulnera, aliter morbum, aliter tumores, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combustiones curent. Ita & spiritales medici, diuersis curationum generibus animarum vulnera sanare debent: sed quia hæc paucorum est, ad purum scilicet cuncta cognoscere, & curare, & mederi, atque ut in integrum salutis statum valeant reuocare, ideo solerter admonemus doctum quemque sacerdotem Christi, ut non ex suo sensu, sed secundum canonum statuta, & traditiones patrum yni-versa disponat, & conditionem vtriusque sexus, ætatem, paupertatem, causam statum, personam cuiusque, pœnitentiam agere volentis, ipsum quoque cor pœnitentis inspiciat: & secundum hæc, ut sibi visum fuerit, ut sapiens medicus, singula quæque dijudicet.

Quod multi sunt fructus pœnitentiae. Cap. XXX.

Multi sunt pœnitentiae fructus, per quos ad expiatio- *Ex dictis eiusdem.*
nem criminum peruenitur. Non enim tantum simi-
pli: illo pœnitentia nomine, salus æterna repromittitur,
ut illud apostolicum: Pœnitenti, inquit, & conuertimi-
ni, ut deleantur peccata vestra. Et illud propheticum: Cùm
conuersus ingemueris, tunc saluus eris, propter illum nu-
dum gemiuim, & propter illud nudum nomen pœnitentiae,
nullus saluabitur, sed per veram confessionem, & sacerdo-
tis intelligentis cōsilium, & per charitatis affectum, & per
eleemosynarum fructum, peccatorum moles subruitur.

*Cur canones præfigant non perfecte pro uno quoque
crimine tempus et mensuram pœnitentiae.*

Caput XXXI.

Mensuram autem temporis in agenda pœnitentia, *Ex dictis Hierony.*
Midcirco non satis aperte præfigunt canones pro uno-
quoque crimine, ut de singulis dicant, qualiter vnum-
quodque emendandum sit, sed magis in arbitrio antisti-
tis intelligentis relinquendum statuunt: quia apud Deum
non tam valet mensura temporis quam doloris, nec absti-
nentia tantum ciborum quam mortificatio vitiorum. Pro-
pter quod tempora pœnitentia, fide & conuersatione pœ-
nitentū, abbrevianda præcipiūt, & negligentia protelanda
existimant: tamen pro quibusdam culpis, modi pœnitentiae
sunt impositi, iuxta quos cæteræ perpendendæ sunt cul-

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

pæ , cum sit facilè per eosdem modos vindictam & censuram canonum æstimare.

De illis qui pœnitentiam sibi iniunctam adimplere festinant. Cap. XXXII.

Ex pœnitentiiali Romano.

V Numquemq; hominem accedentem ad pœnitentiam si videris acriter & asiduè stare in pœnitentia, illi tim remissius age aduersus eum. Qui vero potest ieiunare quod impositum est ei, noli prohibere, sed permitte: magis enim laudandi sunt hi qui celeriter debitum pondus persoluere festinant: quia ieiunium debitum est pondus, & sic amandum his qui pœnitentiam agunt, quia si ieiunauerit, & compleuerit, quod illi mandatum est a sacerdote, purificabitur a peccatis. Quod si iterum ad pristinam consuetudinem peccati reuersus fuerit, sic est quomodo canis qui reuertitur ad vomitum proprium. Omnis itaq; pœnitentia hoc solùm debet ieiunare quod illi mandatum est a sacerdote, verum etiam postquam compleuerit ea quæ illi nulli sunt, debet quantū ipsi visum fuerit ieiunare. Si enim egredit ea quæ illi sacerdos præceperit, illa peccata tantum q; confesus est remittentur. Si vero postea ex sua voluntate ieiunauerit, mercedem sibi acquiret, & regnum celorum. Qui ergo totam septimanam ieiunat pro peccatis, sabbato & dominica die manducet & bibat quicquid ei aptum fuerit: custodiat tamen se a crapula & ebrietate: quia omnis luxuria de ebrietate nascitur. Ideo beatus Paulus prohibuit dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: non quia in vino est luxuria, sed in ebrietate.

Vt quotiescumque aliquis ad pœnitentiam accesserit, sacerdotes ieiuniis & orationibus cum eis communicare debeant. Cap. XXXIII.

Ex pœnitentiiali Theodo.

Q Votiescumque Christiani ad pœnitentiam accedunt, ieiunia iniungimus, & nos communicare cum eis debemus in ieiunio, vnam aut duas septimas, aut quantum possumus, vt non dicatur nobis quod sacreotibus Iudaorum diu est a domino: Ve vobis legisperitis, qui aggrauatis homines, & imponitis sup humeros eorum onera grauias, & importabilia, ipsi autem uno digito uestro non tangitis sarcinas ipsas. Nemo enim potest subleuare cadentem sub pede, nisi inclinauerit se ut porrigit ei manu. Neque ullus medicorum vulnera infirmatium potest curare nisi fætorib; particeps

fuerit. Ita quoq; nullus sacerdotū, vel pōtifex peccatorum vulnera curare potest, animab^o peccata auferre, nisi prēstā te sollicitudine & oratione lachrymarum. Necesse est ergo fratres charissimi vos sollicitos esse pro peccātibus: quia sumus alterutrū membra. Ideoq; & nos si viderim^o aliquē in peccatis iacentem, festinemus eum ad p̄enitentiam per nostram doctrinam vocare. Et quotiescumque dederis consilium peccanti, simul quoq; da illi p̄enitentiā statim, quantum debeat ieunare, aut eleemosynis redimere peccata sua: ne fortè obliuiscaris quæ tibi iam dixit, & iterum necesse sit tibi interrogare, & forsitan erubescet iterum peccata sua confiteri, & inuenietur iam amplius iudicari.

Quod contingat hominem interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccare.

Caput XXXIII.

Sed & hoc emēdatione indigere perspēximus, quòd quidam dum constentur peccata sua sacerdotibus non plenē id faciunt. Quia ergo constat hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut vtrisque plena sit confessio, scilicet ut & ea cōfiteātur quæ per corpus gesta sunt, & ea quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principaliis vitiis, sine quibus in hac vita difficile viuitur, confessionē faciat: quia aut cogitatione, aut, quod grauius est, opere, eorum instinctu peccauit: odium etenim, inuidia, superbia, vel cæteræ huiuscmodi animæ pestes tanto periculosius lēdunt, quanto subtilius serpunt.

Ut p̄enitentia absque personæ acceptione imponatur.

Caput XXXV.

Ver sacerdos p̄enitentiam imploranti, absque personæ acceptione, p̄enitentia leges iniungat.

De incestis occultè commissis. Cap. XXXVI.

Si quis incestum occultè commiserit, & sacerdoti occultè confessionem egerit, indicetur ei remedium canoniciū. *Ex dictis August.* Viquid subire debuisset, si eius facinus publicatum fuisset. Verum quia latet commissum, detur ei à sacerdote consilium, ut saluti animæ suæ pro occulta p̄enitentia proficiat, hoc

Ex cōcil.

Cabillon.

cap. 32.

Ex cōcil.

Cartha.

cap. 74.

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAG

est, ut veraciter ex corde se grauiter deliquerisse confiteamur,
& per ieiunia & eleemosynas, vigiliasque ac sacras orationes
cum lachrymis se purgare contendat, & sic se ad veniam
pro misericordia Dei peruenire confidat.

Ut inter pœnitentes publicè & obscurè, discretio seruanda sit. Cap. XXXVII.

Ex cōcil. Mogūti, cap. 21. **V**T discretio seruanda sit inter pœnitentes, qui publicè & qui absconsè pœnitere debeant.

De illis qui negligunt tœnitentiam.

Ex cōcil. Cartha. cap. 75. **V** Cap. XXXVIII.
T negligentiores pœnitentes, tardius recipientur.
Ut pœnitentem ex corde magna exhilaratione facer-

*Ex dictis
Basilij
episcop.* **P**OENITENTEM ex corde ita oportet suscipi, sicut dominus ostendit, cum dicit: Quia conuocauit amicos suos & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram.

POENitente in ex corde ita o-
nus ostendit, cum dicit: Qui
& vicinos, dicens: Congratulam-
meam quam perdideram.

Ex cœcil. Africa. cap. 10. **V**T pœnitentibus secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentia tempora decernantur, & vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliat pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. C. 1.

VT pœnitentibus secundum differentiam peccato-

Africa. cap. 10. V episcopi arbitrio pœnitentia temporā decernantur, & vt presbyter in consulto episcopo non reconciliat pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgarissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam cōmouerit, ante abducendam manus ei imponatur.

De his qui iam peccare cessauerunt, et perfecte
pœnituerunt, ut communio eis in ipsa pœniten-
tia concedatur. Cap. XLI.

Ex cōcil. Laodiceē. cap. 2. **D**E his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & peccato-
rantes in oratione cōuerisionem à malis habuere per-
fectam, pro qualitate delicti, talibus post pénitentia tem-
pus impensum, propter clemētiam & bonitatem Deicor-
mūio concedatur.

*De lapsis quomodo eos fraterno affectu corripere, & consolari debeant, ut non incident in insidias dia-
boli, & desperent.* Cap. XLII.

Ex epist. Celsi pa. **S**ed si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, portemus cum & fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus Ap:

stolus: Si p̄ræoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, quis spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris: Alter alteritus onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Forrò sanctus David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permanxit. Beatus quoque Petrus amarissimas lachrymas fudit, quando dominum negasse pœnituit, sed tamen apostolus permanxit, & dominus per prophetam peccantibus pollicetur dicens: Peccator in quaunque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius amplius non recordabor. Errant enim qui puant sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condignè custodierint. Et ipsi qui hoc putant, non solum errant, sed etiam traditas Ecclesiæ claves dissipare, & abigere vindicentur. De quibus dictum est: Quæcunque solueris in terra, erunt soluta & in cœlo. Alioqui, hæc sententia aut domini non est, aut non vera. Nos vero indubitanter tam domini sacerdotes, quām reliquos fideles, post dignam satisfactionem posse reuocari ad honores credimus, tastante domino per prophetam. Nunquid qui dormit, non adiicit ut resurgat? Et qui auersus est, non reuertetur? Et alibi: Nolo, inquit dominus, mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Et propheta David pœnitentiam agens, dixit: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirmatione. Ipse nanque post pœnitentiam & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ Ecclesiæ si lapsi fuerint, & si cōdignam pœnitentiam geserint, utrumque facere posse, & offrire, & alios docere.

De lapsis in ordinibus sacris si restaurari possint.

Cap. XLIII.

NAM tua sanctitas inde à nobis requisivit, ut tibi re- *Ex rege.*
scriberem de sacerdotali officio post lapsum resur- *Gregor.*
gendi, dum dicis de hoc canones diuersos te legisse, di- *pap.* Secū
uersasque sententias, alias resurgendi, alias nequaquam *dino ser-*
posse. Nam nos generaliter à Nicæna synodo incipien- *uo Dei re-*
tes, hanc cum reliquis quatuor veneramur: quia ipsam se- *cluso.*
quentes, cæteræ in cunctis sententiis vnanimes concor-
dant. Nos ergo præcedentes patres sequimur: quia autore

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capituloque incipientes, & sive in quartū altaris mīnistrum hanc formam seruandam cogcoscimus: ut quia minorem maxime præcedit, sicut honore est maior, ita sit in crimen, & quoniam maior sequitur culpa, maior ei implicetur vindicta: & postea pœnitentia credatur esse fructuosa. Quid enim potest triticum seminare, & fructum illius non colligere? Aut domum construere, & non illic habitare. Post dignam enim satisfactionem, credimus posse redire ad honorem: Propheta dicente: Nunquid qui cadit non adiicit ut resurgat? Et auersus est, non reuertetur? Idem & peccatori ait: In qua cuncte die conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Unde Psalmista ait: 'Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua inuisceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Dum enim petiit ne à Deo proiceretur, pro lapsi culpa, alienam quippe rex simul & propheta rapuisse se vxorem tremefactus extulit, propheta indicat flagitium suum, pœnitentiam agere addidit: Redde mihi lātitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim ipse dignam Deo pœnitentiam non fecisset, nequaquam aliis prædicaret. Ait enim: Docendo iniquos vias tuas, & impij ad te cōuertentur. Dum enim peccata sua prospexit propheta mundata per pœnitentiam, non dubitauit prædicando castigare aliena: & sic sacrificium de seipso offerre Deo studuit cum dicebat: Sacrificium Deo spiritus contribultatus. Ad hæc ista sufficerent: sed omnis sententia quo plus sacre scripturæ testimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim propheta dicit: Nolo mortis peccatoris: sed ut conuertatur & viuat. De hoc peccati dicitur: Peccator in qua cuncte die conuersus ingemuerit, omnes iniquitates eius in obliuionem traduntur. Si enim redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed iustificare venit, in obliuione peccantium delicta relinquit, quis hominū condemnanda reseruet, qui Apostolus dicat: Si Deus iustificat, quis est qui condemnabit? Ad fontem misericordie recurrentes, Euangelicam proferamus sententiam: Gaudete plus, inquit, supervno peccatore pœnitentiam agente, quam per nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia. Et ouem perditam, nonagintanouem, non errantibus relatis, humero ad ouile reportauit. Si quis errans post inuen-

tionem, ad ouile humero reportatur, cur iste post pœnitentiam ad Ecclesiae ministerium nō reuocetur? Quid est ergo grauius carnale delictum admittere sine quo non multi, sed pauci inueniuntur, aut Dei filium timendo negare? In quo peccato ipsum beatum principem apostolorum Petrum, ad cuius nunc corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia sequuta est, & post pœnitentiam misericordia data: quia illum ab apostolatu non deiecit, quem ante seipsum negare prædictit. Tibi hæc, fili charissime, dicta sufficiant, vt illum quem conspicias delicta fletu delere, in conspectu diuinitatis non dubites misericordiam consequi: quia nullum peccantem reuersum despicit, qui peccatores sanguine suo redimere venit. Hinc etiam & beatus Augustinus ad Petrum diaconum de fide scribens, ait: Omni homini in hac vita esse potest utiles pœnitentia, quam quocunque tempore homo egerit, quamlibet iniquus, quamlibet annosus, si toto corde renunciauerit peccatis præteritis, & pro eis in conspectu Dei, non solum corporis, sed etiam cordis lachrymas fuderit, & malorum operum maculas bonis operibus dilute curauerit, omnium peccatorum indulgentiam mox habebit. Hoc enim nobis dominus propheticò promittit eloquio, dicens: Si conuersus fueris, & ingemueris, saluus eris. Et alio loco dicitur: Fili, peccasti, ne adiicias iterum, sed & de præteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Nunquam peccanti esset in dicta pro peccatis deprecatione, si deprecationi non esset remissio concedenda. Sed etiam pœnitentia peccatori tunc prodest, si eam in Ecclesia catholica gerat, cui Deus in persona beati Petri ligandi, soluendique tribuit potestatem, dicens: Quæ alligaueris super terram, erunt ligata & in celis. Et quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in celis. In quæcumque igitur homo ætate veram peccatorum suorum pœnitentiam egerit, & vitam suam Deo illuminante, correxerit, non priuabitur indulgentiæ munere: quia Deus, sicut per prophetam dicit, non vult mortem morientis, quantum ut reuertatur à via sua mala, & viuat anima eius. Veruntamen nullus hominum debet sub spe misericordiæ Dei, in suis diutius remanere peccatis, cum etiam in ipso corpore nemo velit sub spe futuræ salutis diutius ægrotare. Tales enim qui ab iniurias

OO

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA.

suis recedere negligunt, & sibi de Deo indulgentiam promittunt, non unquam ita praeueniuntur repente in Dei furore, ut nec conversionis tempus, nec beneficium remissionis inueniant. Ideo vnumquaque nostrum sancta scriptura benigne premonet, dicens: Ne tardaueris conuen ad dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictae disperdet te. Dicitur beatus Dauid: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Cui beatus quoque Paulus concordans verbis: Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestru cor malum incredulitatis discedendi a Deo viuo, sed adhortamini vosmetipos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Obdurato igitur vivit corde, qui se non conuertit, desperat de indulgentia peccatorum, siue qui sic misericordiam Desperat, ut usque in finem vitæ presentis, in suorum criminum peruersitate remaneat. Proinde diligentes misericordiam Dei, metuentesq; iustitiam, nec de remissione peccatorum desperemus, nec remaneamus in peccatis: scitis quia illa omnium hominum debita sit exactura aequitatis, etissimi iudicis, quæ non dimiserit misericordia clementissimi redemptoris. Sicut enim misericordia suscipit, absolvitq; conuersos, ita iustitia repellit, & puniet obduratos. Hi sunt qui peccantes in spiritum sanctum, neq; in hocculo, neque in futuro, remissionem accipiunt peccatorum. Nam & de hoc Isidorus Ispalensis episcopus ad inquisitorem Massonis episcopi, ita rescriptit dicens: Verum quod sequenter in epistolis venerabilis fraternitas tua innotuit, nulla est in huiusmodi sententiis decretorum diuersitas intelligenda, quod alibi legitur in lapsu corporali restaurandum honoris gradum post penitentiam, alibi post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis gradum post penitentiam: alibi post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hac enim diuersitas hoc modo distinguitur. Illos enim ad pristinum officii gradus redire canon præcepit, quos penitentia precessit satisfactio, vel digna peccatorum confessio. At contra hi qui neque a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum quod admittunt, etiam vindicare quodam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum vitig

honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est utraque dirimenda sententia, ut necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per pœnitentiā reconciliationem mereuerunt diuinæ pietatis. Hi nec immerito consequuntur adeptæ dignitatis statū, qui per emendationē pœnitentiæ, recepisse noscuntur vitæ remediu. Id enim ne forte magis ambiguum sit, diuinæ authoritatis sententia confirmetur. Ezechiel enim propheta, sub typo præuaricatricis Hierusalem ostendit, post pœnitentiæ satisfactionem, pristinum restaurari posse honorē: Confundere, inquit, ô Iuda, & portagnominiam tuam. Et post paululum: Et tu, inquit, & filie tua, reuertimini ab iniuitate vestra. Quod dixit, confundere, ostendit post confusionis, id est, peccati opus debere quenquam erubescere, & pro admissis sceleribus reverendum frontem humi prostratam demergere, pro eo quod dignū confusionis perpetrauerat opus. Deinde precepit, ut portet ignominiam depositionis suæ, lugens cum humilitate quid peccauerat. Sicq; reuocari secundum prophetam, ad priorem statum poterit.

*Quod anima, multis gentibus nobilior, sit deflenda, &
multis vrbibus preciosior, quodq; non sit despe-
randum de venia. Cap. XLIIII.*

VIS DABIT capiti meo aquam, & oculis meis Excerptū fontem lachrymarum? Opportunius multò nunc de libro à me, quām tunc à propheta Dei dicitur. Licet Ioannis enim non vrbes multæ, nec gens integralamentanda sit, Constanti anima tamen flenda est multis gentibus nobilior, multisq; nopol. ad vrbibus preciosior. Nam si vnuis qui fecerit voluntatem Theodo- Dei, melior est, quām multitudo iniquorū: melior ergo, & rum, cap. tu eras quondam, quām multitudines Iudæorum. Propter 19. quod nemo miretur, si forte prolixioribus ego nunc utar lamentationibus, & amariores profundā fletus, quām tunc propheta profudit. Non enim vrbis, vt dixi, captæ excidia defleo, nec vilis vulgi captiuitatē lamētor, sed insignis ani ma lapsum, & tēpli in quo Christus habitat excidium. Hæc enim lamētatio insignis animæ quam ego defleo, tātō illa est durior & amerior, quātō & verior. Inde ytiq; est, quod ego irremediabiliter plango, quia noui: & incessabiliter lugeo, dum recordor. Usquequo iterū te tripudiare videā, ad prioris gloriæ statum? Quod etsi apud homines im-

OO ii

D. BVRCHAR D IEPIS. VVORMAC.

possibile videtur: apud Deum tamē omnia possibilia sunt.
Ipse est enim qui alleuat de terra inopē, & de stercore ei-
git pauperē, vt collocet eum cum priuicipibus populi suū.
Ipse est qui sterilem facit matrem super filios latrantes.
Nō ergo dubites, neque desperes mutari te posse in me!
Si enim tantū potuit diabolus, vt à celsis virtutum fali-
giis, in profundum te duceret malorum: quanto magis po-
terit Deus ad bonorum verticem reuocare, & non solū
in id te restituere quod fuisti, sed beatiorē multo quā
prius videbaris, efficere. Tantū est ne concidas animo,
neque spem abscindas bonorum. Ne queso, ne accidat tibi
quod impiis solet. Nō enim peccatorum multitudine in-
sperationem adducit animam, sed impietas. Impiorum en-
go est desperare salutem, non peccatorū. Vnde diuina mi-
sericordia pollicetur, dicens: Gaudium erit in cœlo coram
angelis Dei super vno peccatore. Et post pauca: Statibus,
si ceciderint, minatur pœnam: lapsis, vt surgere appetat,
promittit misericordiam. Illos terret, ne præsumant in bo-
nis: illos refouet, ne desperent in malis. Iustus es, ita per-
timesce, ne corruas. Peccator es, præsume de misericordia
vt surgas. Et sicut lapsus grauiissim⁹ ceruicibus anima
cumbēs, semper eam deorsum in terram cogit aspicere, ad
Deum verò sursum non finit oculos leuare: sic virilis ani-
mæ suum pondus, vt ait Propheta: Sicut oculi ancillæ in
manibus dominæ sue: ita oculi nostri ad dominum Deum
noscum, donec misereatur nostri. Etenim mulier illa, que
in Euangeliis dragmam quam perdiderat, inuenit, conso-
cat amicas, & vicinas, vt cungratulentur ei. Et ego conuo-
cabo amicos tuos, meosq; & vicinos nostros, deprecabor
eos conuenire, vt non gaudeant, sed vt lugeant mecum
vt gratulentur, sed vt lamententur, & ingentem plāctum
subleuat ad cœlum vna mecum vocibus reddant, dicendo
ad eos: Vlulate mecum amici, plangite, & profundite fon-
tes fletuum: non quia auri pondus immensum, nec tñca
auri perdiderim, sed quia horum omnium charior, & omni
auro gemmarum, omniq; nobilitate preciosior amicus, ne
scio quomodo lapsus vsq; in ipsum fertur perditionis pro-
fundum. Noli desperare de lapsu, ne cadas. Qui enim alia
desperat, habet venia. Qui verò desperauerit semetipsum,
nullam: quia ille nō est dominus mētis alterius. Sicut ergo

& anima, si semel salutē suam cōperit desperare, iam nec intelligit quomodo, vel in quā mala p̄cipitur: ita & qui desperatione capti sunt, intolerabiles fiunt, & per omnes malitiae vias discurrūt. Exurge, exurge quæso, expurgiscere aliquādō: & diabolicam hanc depone temulentia. Parece cunctis, qui pro tua desperatione desperant, ne putent se yam virtutis incedere, si te ad eam redisse non videant. Respice quæso te, quantus nunc mōror omniū sanctorum fratrū habeat chorum, & quanta latitia atq; exultatio incredulis fiat, quantaq; eis ad p̄cipitia luxuriae decessat authoritas. Nec erit posthac aliquis, qui quolibet lapsu deiectus, non statim resurgere cupiat, & statim se reparare festinet.

Quod nullus à consolatione vulnerati fratris se subtrahere debeat.

Cap. XLV.

VBI est misericordia Christianæ religionis, quam magister Ioan gister noster sacrificio docuit esse meliorem? Ecce ianuæ Concerti frater ab hoste percussus, adhuc forsitan palpitans, & statim op. vos quasi sine vulnere reuertimini, nec consolationem ad eūdem plaga illius deferre tentatis? Nolite esse sine formidine, Theodofræ, fortiorum percussit inimicus, ut facilius ei aditus rum de la esset ad reliquos. Ut quid ergo spernitis vulneratum, aut si p̄su Bæc putatis & mortuum? Melior concubina Saul filia Ref. chari. ca fa, quæ corpora defunctorū, quos David pro Gabaonitarū 69. vtrione percusserat, eo usque accincta facco, hoc est, cilio- cito custodiuīt, donec eis roraret aqua de cœlo, id est, do- nec pro venia eorum misericordiæ | cœlestis scintilla de- fluxerat. Melior fuit ille Iudas Machabæus, qui etiam pro mortuis fratribus orationem credidit esse faciendā: quos damnata de lamnia ciuitate idolorum dona prostrauerat. Ut quid rogo medicus noer inter librorum suorum loculos tot cōstituet genera pigmentorum? Si nihil est ex emplastris eius, quo sanari possit vulnus quod percussit inimicus: & si placet, aperiamus scholam medicinæ nostræ, & à principio canonis vulnerum, ac medicaminū species perquiramus. Ecce in ipsius introitu scholæ occurunt illi se- minis carnalis authores, qui venenato serpentis dente percussi, non statim pœna mortis addicti sunt, sed ieecti de paradysi deliciis, id est, de Ecclesiæ libertate, & sacra communione ministerii.

OO iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De eadem re. Cap. XLVI.

Itē eius-
dem.

VNDE vides quia sic peccati cōtagione maculamur.
Ne quoſo beatissime mihi, fratrē nostrum in profun-
dum putei ſub iniqui principis potestate demerſum depe-
rationis lapidibus obruamus. Imitemur illum Aethiopem,
qui ſanctum Hieremiā in lacu ab iniquo rege demerſum
aſumptis XXX, hominum auxiliis, & missis ad cum pa-
nis & funib⁹ veterib⁹ liberauit. Facilisne eſto ad lapſum,
ruinamq; miserorum. Porrige manū iacenti fratri, qui cō-
fusus pudore peccati, nec erigere ſe, aut oculos audere
tollere. Comple legem Moſi. Cecidit aſinus fratri ſub po-
dere, hoc eſt, caro euicta peccato, acclina te, & humilia, &
ſubleua de ruina. Quid erubescis coniungi homini pecca-
tori? Reſpice illum qui dicit: Noli nimium eſſe iuſtus. Ma-
gister noster à latronibus vulneratum non ſolū cura di-
gnum iudicat, verum etiam ad ſtabulū ſuum & ouile pe-
duxit. Et tu ergo collige fratrem, quē diabolus latro per-
cuſit. Cōſigna ſtabulario, id eſt, beato epifco, qui ſi quid
in eo impenderit, amplius à domino conſequetur.

De eadem re. Cap. XLVII.

Itē idem.

E Vangelicus sermo dixit: Si peccauerit a te frater, corripe eum ſolus. Si te audierit, lucratus eſt eu, & tera quae continent sermo præcepti. Vide quid dicit. Ne ex-
hilarentur filii incircunciforum. Filii enim incircuncifo-
rum, ſunt homines ſeculi, in præputii ſui errore, & genti-
litate viuentes. Hi ergo exhilarantur, cum audiūt ruinam
militis Christi. Peccatum igitur ealetur, & adhibetur ex-
mendatio. Nos enim consolationis linteamina, & celeſtis
ſpeci pigmenta tribuamus. Ipſe autem infra ſepulchrum ſe-
creti ſui cōfessus peccati pudore cōtineatur, ubi cōſciens
verme laceretur: qui totas in eo oblingat putredines pe-
catorum, donec nullū ex ſe fœtorē famae turpis emittat.

De eadem re. Cap. XLVIII.

Ex epift.
Ioannis
Conſtatī-
nopol. ad
Theodo-
rum.

Q Valiter rogo, de misericordia domini poſſum⁹ deſ-
rare, qui etiam Pharaonem arguit, quare nequaquam
pœnitere dignatus fit, dicens: Brachia Pharaonis regis Aegypti cōtrivi, & non eſt deprecatus, ut dare
tur in eo ſanitas, & redderetur ei virtus ad comprehendend-
dum gladiū. Salomō ille mirabilis, qui meruit aſtruci de-

hoc est sapientiae Dei copulari, in alienigenarum incurrit amplexus, & vinculis libidinis laqueatus, etiam sacrilegij horrore se polluit: quia simus achrum Cathmos Moabitico idolo fabricauit. Sed quia per propheticam vocem culpam erroris agnouit, nunquam misericordie cœlestis extorris est. At forsitan dicas: In neutro testamento lego neque eum penitus, neque misericordiam consequutum.

Post pœnitentiam neminem ad clericatum admittendum. Cap. XLIX.

Illud quoque nos par fuit præuidere, ut sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum: ita Syricū pœnititudinem ac reconciliationem, nulli vñquam pœ, cap. laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamvis sint 14. omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui diuinum fuerint vasa vitiorum.

Grauibus criminibus implicatos ad clerum admissos, magnis quoque viuis inuolutos clericos officio non motos, comperit Gelasius. Cap. L.

Comperimus etiam, horrendis quibusdam criminibus *Ex decreto*. implicatos, tota discretione sumota, non solum de *Gelasii pœnitentiis* atrociis necessariam pœnitudinem non habere, sed pœ, cap. nec aliqua correptione penitus succedente, ad diuinum 18. ministerium honoremque contendere. Nonnullos autem in ipsis ordinibus constitutos, grauibus delinquentes facinoribus non repellit, cum & Apostolus clamet: Nemini ciuitati manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis: & majorum veneranda constituta pronunciant, huiusmodi etiam si forte subrepserint, tam qui ante peccaverunt, deicatos oportere depelli, quam sacrae professionis oblitos, prævaricatoresque sancti præpositi, proculdubio submoquendos.

De illis qui loca sanctorum sub prætextu religionis inconsultè peragrant. Cap. LI. *Ex concil.*

Nam & quibusdam qui Romam, Turonumve, & alia Cabillonum quædam loca sub prætextu orationis inconsultè peragrant plurimum erratur: sun i presbyteri & diacones, fuit Caro & ceteri in clero constituti, qui negligenter viuentes lus imper. cap. 45.

OO iii

cap. 45.

D.BVRCHARDI. EPIS. IVVORMAC.

in eo purgari se à peccatis putant, & ministeriosco fungi
debere si præfata loca attingant. Sunt nihilominus hui
qui putat impunè se, aut peccare, aut peccasse: quia hæc
ea oraturi, frequentant. Sunt quidam potentum qui acquisi-
tendi censu gratia sub prætextu Romanj, sine Tuto in
itineris multa acquirunt, multos pauperum opprimunt, &
quod sola cupiditate faciunt, orationum sive sanctorum lo-
corū visitationis causa se facere videri affectant. Sunt pa-
peres qui vel ideo id faciunt, vt maiorem habeant mae-
riam mendicandi, de quorum numero sunt illi qui circu-
quaque vagantes illo se pergere mentiuntur, vel quia tu-
rum sunt vecordes, vt putent se sanctorum locorum solari-
fione à peccatis purgari, non attendent quod ait beatus
Hieronymus: Non Hierosolymam vidisse, sed Hiero-
mis bene vixisse, laudandum est. De quibus omnibus im-
peratoris, qualiter sint emendanda, sententia expedetur
qui verò peccata sua sacerdotibus in quoru sunt profecti
confessi sunt, & ab his agenda pœnitentia consilium
ceperunt, si orationibus insistendo, elemosynas largien-
do, mores componendo, vitam emendando, apostolorum
limina, vel quorumlibet sanctorum inuisere desiderat, ho-
rum est deuotio modis omnibus collaudanda.

De omni peccatore, quoties ceciderit, quod toties ri-
surgere debeat. Cap. LII.

Ex dictis
Sosii cu-
iusdam
eremiti.

Dum quidam frater abbatem Sosium talis sermonem sis-
tenter querireret dicens: Quid faciam pater quoniam
cecidi? Illo respondit: Surge inquit. Illo vero se exurrexi-
se, & iterum cecidisse professo, respondit: Iterū adhuc sur-
ge. Cum autem frater frequenter surrexisse & frequenter
cecidisse narraret, eodem vero senex utebatur sermonem
exclamans, ne desistas surgendo. Cui frater ait: Vsque quo
possum surgere pater explana? Senex dixit: Vsquequo, aut
in bono opere, aut in malo depresso occumbas. In quo
nim opere fuerit homo depresso, in eo iudicabitur.

Vi iustum sit omni homini: quod se reprehendit.

Ex dictis
Pimeni cu-
iusdam
eremiti.

Caput LIII. up 1013q[ui obvia]d
Quidam frater requisuit abbatem Pimenem dicens:
Quid est pater quod dicit Apostolus: Omnia mundi
mundis? At ille dixit ei: Si quis ad hunc sermonem perve-

nire potuerit, ut eum intelligat, videbit se minorem esse totius creature. Gui frater: Et quomodo possum minorem me videre ab eo qui homicida est? Respondit senex: Si potuerit homo ad hunc sermonem Apostoli peruenire, & visiter hominem qui forte occidit alium, dicit in semetipso: Iste quidem hoc solum peccatum fecit: ego autem omni hominibus homicidium committo, me ipsum interficiens, & cum frater requireret quomodo hoc possit fieri. Respondit: Hæc sola est hominis iustitia, ut semetipsum reprehendat. Tunc enim iustus est, cum sua peccata condemnat.

Ut nullus fratrem condemnaret, antequam Deus illum dijudicaret.

Cap. LIII.

Venit aliquando abbas Isaac in coenobio, & vedit illic fratem negligentem: & iratus iussit eum expelli de coenobio. Quum ergo regredieretur ad habitaculum suum, venit angelus domini & stetit ante ostium cellulæ eius, dicens: Non te permitto ingredi. At ille rogabat ut eius culpanifestaretur. Et respodens angelus, dixit: Deus transmisit me, dicens: Vade, dic Isaac: Vbi iubes ut mittamus illum fratrem qui peccauit? At ille mox egit pœnitentiam, dicens: Peccavi domine, indulge mihi. Et dicit ei angelus: Exurge, indulgeat tibi dominus; sed ne iterum hoc facias ut quenquam condemnes, antequam Deus illum dijudicet. Tulerunt homines sibi iudicium, & non mihi illud dimittunt, dicit dominus. Hoc autem dictum est: quia si contigerit de illis perfectis aliquem, vel in parvo peccare, non mox prodatur.

Quod iusta obedientia iustis munib' remunetur.

Cap. LV.

Videt ex patribus in extasi positus, vedit quatuor ordinantes Deum: & primus quidem ordo erat hominum infirmantium, & gratias agentium Deo. Secundus vero erat eorum qui hospitalitatem sectantur, & in hoc ministrant. Tertius vero illorum qui solitudinem sectantur. Quartus vero illorum qui propter Deum in obedientia subiecti sunt patribus. Erat ergo illis tribus ordinibus hic ordo superior qui obedientiam exhibebat, & habebat torquem aureum, & maiorem gloriam præ ceteris possidebat. Dicit autem senex ei qui sibi hoc in extasi demonstrabat, quia isti alij omnes habent aliquam requeic ad implendas

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

proprias voluntates. Hic ergo qui obedientiam exercit,
omnes voluntates relinquit, totus pendet in voluntate
patris iubentis, & ideo maiorem gloriam præ ceteris
fortitus.

*De illis qui ex industria peccant, & promittunt sibi
quandam impunitatem peccandi propter largitionem eleemosynarum.* Cap. LVI.

*Ex cœcil.
Capillon.
cap. 36.*

Sed nec hoc prætereundum putauimus quod quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem quandam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna enim extinguit peccatum, iuxta illud: Ignem ardente extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccatum. Sed ea quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet sunt fragilitate. Ea verò quæ ex industria ad cuiuslibet libidinem ex plendam idcirco sunt ut eleemosynis redimantur, nequam eis redimi possunt: quia qui hoc perpètrant videant Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare licet. Non ergo idcirco quis peccare debet, ut eleemosynam faciat: sed ideo eleemosynam facere debet, quia peccatum Mensem enim & corpus quæ libido traxit ad culpam, afflito & contritio debet reducere ad veniam.

*De his qui peracta pœnitentia ad prisimā redeunt
volutabra.* Cap. LVI.

*Ex decre.
Syrici pœ.
ca. 10*

De his verò non incongruè dilectio tua apostolicas fedem credit consilendam, qui peracta pœnitentia, tanquam canes ac suis, ad vomitos pristinos, & adulteria redeentes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuò appetiere co-cubitus, quorum professam in continentiam generati post absolutionem filij prodiderunt: de quibus: quia iam suffigium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, & sola intra Ecclesiam fidelibus oratione iunganatur, faci mysteriorum celebritati, quamvis nō mereantur, intersim. A dominicæ autem mensæ conuinio segregentur, ut saltem distinctione correcti, & ipsi sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahantur: quibus tamen quoniam carnali fragilitate occiderunt, viatico manere, cum ad dominum efferint proficisci, per communionis gratiam volumus sube-

nire. Quam formam & circa mulieres, quae se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinixerunt, seruandam es-
se censemus.

*De pœnitente fœmina quæ defuncto viro aliis nubere
præsumperit.* Cap. LVI.

Poenitentes fœminæ quæ defunctis viris aliis nubere *Ex cœcil.*
præsumperint, vel suspecta, vel interdicta familiari- *Aralatē.*
tate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesiæ limi- *cap. 2.*
nibus arceantur. Hæc etiam de viris in pœnitentia positis
placuit obseruari.

*Quod in danda pœnitentia nulla sit personarum
acceptio.* Cap. LX.

Qui igitur Apostolo teste non est personarum acce- *Ex cœcil.*
ptio apud Deum, & in omnibus iudiciis seruanda nō *Cabillon.*
est, multò magis in hoc pœnitentiae iudicio pre- *cui inter-*
caueri deberet, vt nullus sacerdotum vñquam, aut gratia, aut *fuit Caro*
odio alicuius personæ secus iudicet, quām quod in canonि- *lus impe-*
bus sacris inuenerit: aut quod illi secundum sanctarū scri- *rator, ca.*
pturarum autoritatem, & ecclesiasticam consuetudinem *34.*
rectius vñsum fuerit. Si ergo medici qui corporibus medi-
cinam inferre conantur, nequaquam propter personæ cu-
iuslibet acceptiōnem his quos sanare cupiunt, cauterio,
aut ferro, aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt: multò
magis his obseruandum est, qui non corporum sed anima-
rum medici existunt, neque enim pensanda est pœnitentia
quantitate temporis, sed ardore mentis, & mortificatione
corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non
despicit.

*De illis qui peccata sua sine condigna pœnitentia sibi
relaxari falluntur.* Cap. LX.

Quis ergo malorum operum sine condigna pœ- *Ex dictis*
nitentia quenquam veniam à Deo percipere posse *August.*
dixerit, penit? errat, & cùm deceptus, alios de-
cipere festinat, duplice noxa constringitur: hoc est, proprij
erronis, & alienæ deceptionis.

*Quod tam diu laborare quisque debeat donec possi-
cat Christum.* Cap. LXI.

Vsque tunc laborare debethomo, vsquequo possideat *Ex dictis*
Christum. Qui autem illum semel adeptus fuerit, *Gregor.*

DOMINI BENEDICTI RICHARDI EPISCOPIS. VIRGINIAE MARIAE

iam non laborat. Permittit tamen dominus laborare eos suos, ut rememorentur tribulationum laboris, unde semetipsos custodiant, timentes ne tantos labores amittant. Nam & filios Israël ideo Deus per desertum quadragesima annis circunduxit, ut rememoratis tribulationibus non redirent retrosum.

Vt nullus episcopus seu presbyter alterius paenitentem sine literis sui episcopi suscipiat. Cap. LXII.

Ex epist. Fælicis papa, cap. 2. **C**VRANDUM VERÒ MAXIMÈ & OMNI CAUTELA PREVIDENDUM, NE QUIS FRATRUM COEPISCOPORUMQUE NOSTRORUM, AUT ETIAM PRESBYTERORUM IN ALTERIUS CIUITATE VEL DISCEDE PÆNITENTEM, VEL SUB MANU POSITUM SACERDOTIS, AUT EUM QUI RECONCILIATUM SE ESSE DIXERIT, SINE EPISCOPI VEL PRESBYTERI TESTIMONIO, & LITERIS, AD CUIUS PERTINET PAROCHIA SUSCIPIAIT.

Vt pœnitentes secundum canones nisi per acta pœnitentia communicare non debeant. Cap. LXIII.

Ex decreto. Pyg papa, cap. 2. **P**OENITENTES NON DEBENT COMMUNICARE ANTE CONSURRECTIONEM Pœnitentiae.

Quod pro ethnico & publicano sit habendus, qui pro peccato commisso pœnitere noluerit.

Caput LXIII.

Ex dictis Augusti. **E**RGA EUM QUI PRO PECCATO COMMISSO NON Pœnitentia debemus, sicut dominus præcepit dicens: TIBI SICUT ETHNICUS & PUBLICANUS, & SICUT APOSTOL. IUBEN SUBTRAHITE, INQUIT, VOS AB OMNI FRATRE INORDINATE AMBULANTE, SECUNDUM TRADITIONEM QUAM TRADIDI VOBIS.

Quod à licitis se abstinere debeat, qui illicita se commisso meminerit. Cap. LXV.

Ex dictis Gregor. papae. **Q**VI SE ILlicita meminit commississe, à licitis etiam futuris faciat, ut qui commisit prohibita, sibi ne ipsa abscondere debeat etiam concessa.

Vt nullus post pœnitentiae actionem ad militiam secularis redire debeat. Cap. LXVI.

Ex epistola Leonis papa, cap. 25. **C**ONTRARIUM EST OMNINO ECCLESIASTICIS REGULIS, POST PÆNITENTIAE ACTIONEM REDIRE AD MILITIA SECULARIUM. CUM APOSTOL. DICAT: NEMO MILITANS DEO, IMPLICAT SE SECULARIBUS.

negocii. Vnde non est liber à laqueis diaboli, qui se militia
mundanae voluerit implicare.

*De illis qui relictio religionis proposito ad seculum re-
deunt. Cap. LXVII.*

Hi qui post sanctæ religionis propositum apostatant, & *Ex cœcil.
Ad seculum redeunt, & postmodum penitentiæ re-* *Arelatæ
media non requirunt, communione non accipiant sine poe-* *si, cap. 3.*
nitentia, quos etiam iubemus ad clericatus officium non
admitti, & quicunque ille est post penitentiam habitum
secularem non præsumat. *Quod si præsumperit: ab Eccle-*
sia alienus habeatur.

Quod nullus religiosus ex sanctus careat peccato.

Caput LXVIII.

Nullus sanctus & verus caret peccato: nec tamen ex *Ex dictis
hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat* *August.*
sanctitatem. Non enim naturæ viribus, sed propositi adiu-
mento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem: & ideo
veraciter se omnes sancti pronunciant peccatores: quia in
veritate habent quod plangent, & si non reprehensione
conscientia, certè mobilitate, & mutabilitate prævarica-
tricis naturæ.

Ut penitentes à conuiuiis & ornamentis abstineant.

LXIX.

Ovid penitentes à conuiuiis & ornamentis, atque al- *Ex decr.
ba veste abstinentia debeant, & discordes pellantur ab* *Lucy pa-*
Ecclæ, donec ad pacem redeant. *pæ, cap. 5*
Si presbyter penitentem non reconciliat, nisi episcopus eius
pus suis iubeat. *Cap. LXX.*

Vt presbyter non interrogato episcopo non reconci- *Ex cœcil.
liet penitentem, nisi absentia episcopi, necessitate* *Africa.*
compellente.

Si nullus ex Ecclesiastico ordine per manus im-
positionem remedium accipiat penitendi. *Cap. LXXI.*

Alienum est autem à consuetudine Ecclesiastica, ut qui *Ex decr.
in presbyteral honore, aut in diaconi gradu fue-* *Leoni pa-*
rint consecrati: si pro crimine aliquo suo per manus im- *ad Rusli*
positorum remedium accipiant penitendi. *Quod sine du-* *cū, cap. 6.*
binis apostolica traditione descendit, secundum quod scri- *aq. 200. I*
ptum est. Sacerdos si peccauerit quis orabit pro illo? Vnde

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei pri-
uata est expetenda secessio. Vbi illis satisfactio si fuerit di-
gna, sit etiam fructuosa.

Ut ordinati in grauioribus peccatis deprhensi, non ma-
nus impositionem, ut laici accipere debeant.

Caput LXXI.

Ex cōcil. Cartha. cap. 27. Item confirmatum est, vt si quando presbyteri vel dico
ni in aliqua grauiore culpa conuicti fuerint, qua eos am-
misterio necesse sit remoueri, nō eis manus tanquam peni-
tentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neq; per-
mittendum vt rebaptizati ad clericatus graduum promo-
ueantur.

De clericis qui corporali delicto delinquunt si restau-
rari possint. Cap. LXXIII.

Ex epist. S. Isidor. ad Mas- sonem. Nulla est in huiuscemodi sententiis decretorum diuer-
sitas intelligenda, quod alibi legitur in lapsu corpo-
rali restaurandum honoris gradum post pœnitentiam. Al-
ibi post huiusmodi delictum, ne aquam reparandum prioris
ordinis meritum, haec enim diuersitas hoc modo distin-
guitur. Illos enim ad pristinos officij gradus redire prece-
pit canon, quos pœnitentiae præcesserit satisfactio, vel
igna peccatorum confessio. At contraria qui inque à vitio
corporis emendantur, ad hoc ipsum carnale delictum quod
admittunt, etiam vindicare quadam superstitione temeri-
tate nituntur, nec graduin utiq; honoris, nec gratiam com-
munionis recipient.

De his qui altario Dei deseruiunt, si subito flenda carnis
fragilitate corruerint. Cap. LXXIII.

Ex cōcil. Euerdēsi. cap. 5. Huius qui altario Dei deseruiunt, si subito flenda carnis
fragilitate corruerint, & domino respiciente digni-
pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contritus
crificium Deo offerant: maneat in potestate pontificis, vel
veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos proli-
xiore tempore, ab Ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, si
fici officiorum suorum loca recipient, ne possint ad al-
tiora officia vterius promoueri: quod si iterato velut ca-
nes ad vomitum reuersi fuerint, & velut sues in volatibus
immersi iacerint, non solū dignitate officii careant,
sed etiam sanctam communionem non nisi in exitu, per-
cipiant.

MAC.
Dei pri-
uerit di-
ma.
us pse-
vel dico
eos a mi-
m pre-
eq, per-
romo-
m diver-
ti corpo-
iam. Ali-
im prio-
o distin-
e prece-
vel d-
e a vito
m quod
temeti-
am com-
ernis
la canis
te digni-
tritifla-
fificis, vel
os proli-
amen, et
t ad al-
elutca-
lutabris
careant,
u, per-
DE POENIT. DECRE. LIB. XIX. 296

Quod coniugati in quadragesima abstinere debeant ab
vxoribus. Cap. LXXVI.

Q Vi in quadragesima ante Pascha cognoverit vxorem. Ex cōcil.
suam, & noluerit abstinere ab ea, vnum annum pœ- Elibertā.
nitez, aut precium videlicet viginti quinque solidorum ad cap. 5.
Ecclesiam tribuat, aut pauperibus diuidat. Si per ebrieta-
tatem, & sine consuetudine acciderit, quadraginta dies pœ-
nitezat.

De illis qui in quadragesimæ diebus carnem manducare
præsumunt. Cap. LXXVI.

Q Vicunque in Quadragesimæ diebus esum carnium Ex cōcil.
præsumperit attentare, non solum reus erit resurre- Tolestan.
tionis dominicæ, verumetia alienus ab eiusdem diei san-
cta communione. Et hoc illi cumuletur ad poenitentiam, vt in ip-
suis anni circulo ab omni esu carnium abstineat: quia sacris
diebus abstinentia & oblitus est disciplinam.

De fratre non peccante ad mortem, & ad mortem.

Caput LXXVII.

Q Vi scit fratrem suum peccare non ad mortem, po- Ex epist.
stulet pro eo, & dabit ei vitam Deus. Si quis usque ad Iohannis
mortem peccat, quia est peccatum usque ad mor- Euangel.
tem, non pro illo dico, ut roget quis.

Quod difficile sit graviter peccanti sub gradu man-
re in gradu. Cap. LXXVIII.

Q Vicunque dignitatem gradus diuini non custodiunt, Ex dictis
contenti fiant animam saluare: reuerti enim in eum Hierony.
gradum in quo ante fuerant, difficile est.

De eadem re. Cap. LXXIX.

Q Vi sub gradu peccat, debet excommunicari: quia Ex dictis
magna est dignitas huius nominis: tamen potest Basilij
redimere animam suam post poenitentiam, ad prio- episcop.
rem enim gradum venire difficile est.

De eadem re. Cap. LXXX.

Q Vi sub gradu cecidit, post poenitentiam contentus
fiat baptizare, communionem infirmis dare, & al-
tariorum tantummodo ministrare.

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

Decadent re. Cap. LXXXI.

Ex dictis **I**sidorus in Euangelio Ephesi præpositum, id est, sacerdotem ostendit iuxta Malachiam qui dicit: Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem exquirant ex ore eius: qui angelus domini exercituum est. Candelabrum enim angelum doctrinae sacerdotis, vel honor potestatis, quam gestat intelligitur. Candelabrum enim sacerdotis: quia charismata intelliguntur honoris, tunc penitus iuxta Ioannem mouetur, quando post delicta, neglecta pœnitentia, admissa sceleri non deflentur. Non enim dicit, quia cecidisti mouebat candelabrum tuum, sed nisi pœnitentiam egeris, mouebat candelabrum tuum.

Quod post septem annos pœnitentem sacerdotem censura canonum in pristinum statum remeare principiat. Cap. LXXXII.

Itē idem. **C**anonum censura post septem annos remeare pœnitentem sacerdotem in statum pristinum præcepit, non expletione propriarbitrii, sed potius ex sententia diuinæ dicitur. Nam legitur, quia Maria soror Aarō prophetissa, dum obtrecentationis aduersus Mosen incurrisset delictum, illico stigmate lepræ percussa est. Quumque petisset Mosen vitium mundaretur, præcepit eam extra castra egredi septem diebus, & post emundationem rursus eam castris reuerti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur sacerdotis. Quæcum superbiæ dedita sordidissimis corruptionum maculatur et roribus moretur extra castra septem diebus, id est, à collegio Ecclesiæ sanctæ septem annis proiiciatur, quibus post emundationem vitiorum loci siue pristinæ dignitatis recipiat meritum.

De populi necessario quod inultum soleat præire. Cap. LXXXIII.

Ex decr. **P**ræuideat ergo dilectio vestra hactenus talia transire, & aduertite quod utique ut dicitis necessitas imperavit, papæ episcopi in pace etiam Ecclesiæ constitutas non posse præsumere, scopus de sed ut saepe accidit, quoties à populis, aut à turba peccatum, Macedonia quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari missis ut inultum solere transfire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine præcaendum, non enim hic, ut mihi videtur, iste docttor apostolicus dicit non necessariam esse populo pro malè commissis agere pœnitentiam.

tiam, sed quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, priora dimittenda Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine præcaendum, ne fiant.

De illis qui scabiem, aut vermiculos comedunt, vel vrinam bibunt. Cap. LXXXIII.

V I comedit scabiem, aut vermiculos, qui pedicu- Ex pœni-
li dicuntur, vel vrinā bibit, siue stercora comedit: tentiali
si infantes sint, vel pueri, vapulēt, si in virili æta- Bedæ.
te, yiginti dies pœniteant: & utrique cum impositione ma-
nus episcopi sanentur.

De illis qui animalia à bestijs dilacerata, vel laqueis strangulata comedunt. Cap. LXXXV.

A Nimalia quæ à lupis, seu canibus lacerātur, non sunt comedenda, nec ceruus, nec capreus, si mortui inuēti fuerint, nisi fortè ab homine adhuc viua occiduntur pri- Ex pœni-
tentiali
Theodo-
us, sed porcis & canibus dentur. Aues verò & cætera ani- ri.
malia, si in retibus stragulantur, non sunt comedenda: nec si accipiter oppresserit, & si sic mortua inueniuntur: quia in Actibus apostolorū præcipitur abstinere à fornicatio-
ne, à sanguine, & suffocato, & idololatria.

De apibus, si occiderint hominem. Cap. LXXXVI.

A PES si occidunt hominem, ipsæ quoque occidi fe- Ex eodē.
stinentur, mel tamen manducetur.

De porcis & gallinis, si sanguinem hominis comedenterint. Cap. LXXXVII.

S I porci vel gallinæ sanguinem hominis comedunt; mox Ex eodē.
occiduntur, & intralia proiificantur, & cætera caro mā-
ducetur. Si autem tardatur occisio, non māducetur. Si au-
tem cadavera lacerauerint mortuorum, macerētur, & post anni circulum comedantur. Si autem porci occiderint ho-
minem, statim interficiantur, & sepeliantur.

De illis qui carnem immundam, vel morticianam comedunt. Cap. LXXXVIII.

V I manducat carnem immundam, aut mortici- Ex eodē.
nam, aut dilaceratam à bestijs, XL. dies pœnite-
at: si enim necessitate famis contingit, multò le-
uius est.

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA.

De illis qui cibum immunda manu tactum comederint,
vel si canis, aut aliquid animal immundum cibum
tetigerit. Cap. LXXXIX.

Ex codē.

V O D si casu quis immunda manu cibum tangit,
vel si canis, vel pilax, aut cattus, mūsve, aut animal
immundum, sanguinem hominis edit, nō nocet, &
qui pro necessitate famis manducat animal quod immu-
dum videtur, vel atē, vel bestiā, misericorditer pœnitiat.

De illis qui sanguine, vel aliquo immundo
polluuntur. Cap. XC.

Ex codē.

V I sanguine, vel quocunque immudo polluit,
si nescit qui manducat, leue est: si autem scit, pa-
niteat iuxta modum pollutionis.

De illis qui sanguinem, aut semen biberint. Cap. XCI.

Ex codē.

V I sanguinem, aut semen biberit, sciens pro
qua re, tres annos pœnitiat.

De piscibus mortuis in flumine inuentis.

Caput XCII.

Ex codē.

P lscis mortuus in flumine inuictus non est edēsus: qui
non est venatio hominis; si verò piscando tactus fu-
rit, & ipso die inuentus fuerit, qui non hæsitat, māducet,
qui autem dubitat, non manducet.

De clericis qui à dæmonio vexantur.

Caput XCIII.

Ex cōcil.

Aurelia.
cap. 6.

S I quis clericus vexatus fuerit à dæmonio, decem annos
pœnitiat, & inter audiētes stet, & ad sacros ordinēs
adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fu-
rit, sit in reliquis officiis ecclesiasticis.

De illis qui parentum honorem non seruant.

Caput XCIII.

Ex pœni-

tentiali
Romano.

S I quis inhonorauerit patrē aut matrem, tres annos pa-
niteat. Quod si manum leuauerit, aut ei percussione
tulerit, septem annos pœnitiat.

Quod pœnitenti nulla negotia exercere conueniat.

Caput XCIV.

Ex decreti

Leonis
pape, ca.

Valitas lucri negotiātem, aut excusat, aut argui-
quia est honestus questus, & turpis. Veruntame-
poenitenti vtilius est dispendia pati, quam peric-
lis negociationis obstringi: quia difficile est inter eme-
tes, vendentesq; cōmertium, non interuenire peccatum

23.

*Vt sacerdotes nulli pœnitentiam iniungant ex corde,
sed ex autoritate.* Cap. XCVI.

OMNIBUS HIS ACTIS VENTILATA EST RATIO PŒNITENTIAE, VT EX ECCL.
SACERDOTES CERTIUS INTELLIGERET, QUOMODO CONFESSIO- MEGNTI.
NES RECIPERE, & PŒNITENTIAM SECUNDUM CANONICAM INSTI- CAP. 24.
TUTIONEM PŒNITENTIBUS DEBERENT INDICARE.

*Vt unusquisque presbyter octo principalia vitia per
ordinem sciat.* Cap. XCVII.

VENTILATA EST RATIO OCTO PRINCIPALIU VI IORU, VT UNUS- EX EODE,
QUISQ; DIUERSITATE ILLORU SCIAS, & AB ILLIS DOMINO AU- CAP. 5.
RILIANTE SE INTELLIGAT CUSTODIRE, & ALIIS PRÆDICARE.

*Vt sacerdotes diligenter examinent confi-
tentium peccata.* Cap. XCVIII.

VT EPISCOPI & PRESBYTERI EXAMINENT QUALITER CONFI- EX EODE
TENTIBUS PECCATA DIJUDICENT, & TEMPUS PŒNITENTIAE CAP. 6.
CONSTITUANT.

*Vt singuli presbyteri capitula autoritativa habeant
ad succurrentum pœnitentibus.* Cap. XCIX.

VT UNUSQUISQ; PRESBYTER CAPITULA HABEAT DE MAIORIB⁹, EX EODE
VEL MINORIBUS VITIIS, PER QUAE COGNOSCERE VALEAT, VEL CAP. 26.
PRÆDICARE SUBDITIS, VT CAUEANT AB INSIDIIS DIABOLI.

De presbyteris qui culpas peccantium reticunt, vel minus dignè
pœnitentes ad reconciliationē adducunt. Cap. C.

VT NEMO PRESBYTERORUM XENIUM, VEL QUODCUNQ; EMO EX DECRL.
LUMENTUM TEMPORALE, IMO DETERIMENTUM SPIRITALE A ALEXA-
QUOCUNQ; PUBLICÈ PECCANTE, VEL INCESTUOSO ACCIPIAT, VT EPI DRIPAPÆ
SCOPO, VEL MINISTRIS EI⁹ PECCATU ILLIUS RETICEAT: NEC PRO RE-
SPECTU CUIUSQUE PERSONÆ, AUT COSANGUINITATIS, VEL FAMILIA-
RITATIS, ALIENIS COMMUNICANS PECCATIS, HOC EPISCOPO INNO-
TESTERE DETERET, NEC A QUOKUAM PŒNITENTIÆ, AUT GRATIA, AUT
FAUORE, AUT MUN⁹ SUSCIPERE PRÆSUMAT, AUT MINUS DIGNÈ PŒ-
NITENTEM AD RECONCILIATIONEM ADDUCAT, & EI TESTIMONIUM
RECONCILIATIONIS FERAT, VEL QUOCUNQUE LIUORE ALIÙ QUÆLIBET
DIGNIUS PŒNITENTÆ A RECONCILIATIONE REMOUEAT: QUIA HOC
SYMPLICIUM, & DEO & HOMINIBUS CONTRARIUM EST.

De illis qui truncationes membrorum fecerint. Cap. CI. Ex pœni-

QVI PER RIXAM ISTRU DEBILEM, VEL DEFORME HOMINEM
FECERIT, REDDAT IMPENSAS MEDICI, & MEDIUM ANNUM ROMANO.

PP ii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

pœniteat. Si non habuerit vnde reddat, annum vnum pœniteat. Si laicus per dolum sanguinem effuderit, reddat illi tantum quantum nocuit: & si non habet vnde reddat, soluat in opera proximi sui, quādiu ille infirmus est, & postea XL. dies in pane & aqua pœniteat.

De eadem re.

Cap.

C II.

Ex pœni-
tentiālē Be
dæ pres-
byteri.

V. I. iētūm proximo dederit, & non nocuerit, tētē dies pœniteat in pane & aqua. Si clericus, annum vel dimidium. Si quis alicui quodlibet membrū voluntate sua truncauerit, tres annos pœniteat, vnum ex his in pane & aqua. Paruuli inuicem se percutiētes, tres dies: Si verò adolescentes, XX. dies pœniteant.

De illis qui ducatum præstant, & deprædatores su-
per Christianos ducunt. Cap. C III.

Ex pœni-
tentiālē

S I quis præbet ducatum super Christianos ut depræden-
tur. & non acciderit strages Christianorum, tres annos

Romanō.

pœniteat. Sin verò, eiectis armis, usque ad mortem mundo
mortuus viuat.

De illis qui per amorem benefici fūnt. Cap. C IIII.

Ex pœni-
tentiālē

S I quis per amorem beneficus fit, & neminem perdi-
dit. Si clericus est, annum pœniteat, in pane & aqua. Si
Theodo-
ri.

subdiaconus, duo. Si diaconus, tres, vnum ex his in pane &
aqua, & laicus dimidium annum pœniteat, maximè si per
hoc mulieris partū quisque deceperit, tres annos unusquisque
superaugeat in pane & aqua, ne homicidiis reus sit.

De illis qui hæreticis, nescientes, vel scientes se in
aliquibus commiscerint. Cap. C V.

Ex decr.
euthychia.

S I quis dederit, aut exceperit communionem de manu
papæ. Hæretici, & nescit quod catholica Ecclesia contradicit,
postea intelligens: annum integrum pœniteat. Si autem
scit, & neglexerit, & postea pœnitentiam egerit, decem an-
nos pœniteat, alii iudicant septem: & humanius V. annos
pœniteat. Si quis permiserit hæreticum Missam suam cele-
brare in Ecclesia catholica, & nescit, XL. dies pœniteat. Si
pro reuerentia eius, annum integrum pœniteat. Si pro di-
natione Ecclesiæ catholice, & cōsuetudine Romanorum
proiiciatur ab Ecclesia sicut hæreticus, nisi habeat pœni-
tentia, si habuerit, X. annos pœniteat. Si recesserit ab Ec-
clesia catholica in cōgregationem hæreticorum, & alio-

persuaserit, postea pœnitentiam egerit, XII. annos pœnitentia: quatuor annos extra Ecclesiā, & sex inter auditores, & duo adhuc extra communionem. De his in canone dicuntur, ut X. anno communionem sine oblatione recipiant. Si episcopus aut abbas iubet monacho suo pro hæreticis mortuis Missas cantare, non licet, & non expedit obedire eis. Si presbytero contigerit, ubi Missam cantauerit, & alius recitauerit nomina mortuorum, & simul nominauerit hæreticos cū catholicis, si post Missam intellexerit, hebdomadam pœnitentiat. Si frequenter fecerit, annū integrum pœnitentiat. Si quis autē pro morte hæretici Missam ordinaverit, & pro religione sua eius reliquias ibi tenuerit, & nescit differentiam catholicæ fidei, & posteā intellexerit, pœnitentiamq; egerit, reliquias ibi debet igne concremare, & annum pœnitentiat. Si autem scit & neglexerit, pœnitentia commotus, decem annos pœnitentiat. Si quis à fide catholica discesserit sine villa necessitate, & posteā ex toto animo pœnitentiam acceperit, tres annos extra Ecclesiā, id est, inter audientes iuxta Nicenū concilium, septem annos in Ecclesiis inter pœnitentes, & duos annos adhuc extra communionem pœnitentiat.

De illis qui comedunt, aut bibunt ab immundis animalibus tacitum, vel intinctum. Cap. CVI.

V. I comedit, vel bibit intinctum à familiari bestia. Ex pœnitentiā

Quid est, cane, vel catto, & scit, C. Psalmos cātet, si nec scit, duos dies iejunet, vel si redimere voluerit, L. Romano.

Psalmos cantet. Qui dederit alicui liquorem, in quo mus, vel mustela mortua inuenta sunt, si laicus est, septem dies pœnitentiat. Si in cœnobiis contigerit, CCC. Psalmos cātet. Qui postea nouerit quod talē potum biberit, CL. Psalmos cantet. Si quis semicoctū comederit inscius, tres dies pœnitentiat, vel Psalterium cantet. Sciens autē septem dies pœnitentiat. Pro modico furto, XX. dies pœnitentiat, qui est XX. annorum, puer qui est X. annorum aliquid furti faciens, septem dies pœnitentiat. Si quis tinxerit manū in aliquo cibo liquido, & nō idonea manu, C. palmatis emendetur. Si in farina, aut in aliquo cibo sicco, aut in pulte, aut in lacte coagulato mus, vel mustela mortua inueniūtur, quod in circuitu eius est totum, proiicitur foras, quod reliquum est, manducetur.

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAG.

Quod diabolus internas cogitationes animæ non videt,
sed ex motu corporis intelligat. Cap. CVII.

Ex dictis August. Internas animæ cogitationes diabolū non videre certissimum est, motius corporis ab illo & affectionum indicis colligi experimento didicimus: secreta autem eis dis solus ille nouit ad quem dicitur: Tu solus nosti corda filiorum hominum.

Decadentia re. Cap. CVIII.

Ex dictis eiusdem. NON omnes malæ cogitationes nostræ semper discordantib[us] instincu excitâtur: sed aliquoties ex nostris arbitrii motu emergunt. Bonæ autem cogitationes semper Deo sunt.

De illis qui alios in culpa sua defendere nituntur.

Caput CIX.

Ex dictis eiusdem. REOS sanguinis non defendat Ecclesia: ne effusione sanguinis particeps fiat.

Decadentia re. Cap. CX.

Ex decr. Eusebii papæ, ca. 15. VT qui alium in culpa sua defendere, vel excusare intitetur, excommunicetur.

Ex cōcil. Arelatē. cap. 6. Ut pœnitentia coniugatis ex consensu detur. Cap. CXI.

Ex cōcil. Arelatē. cap. 6. VT pœnitentia coniugatis ex consensu amborum datur. Pœnitentiā cōiugatis, non nisi ex cōsensu dandū.

Quot modis animæ defunctorum solvi debeant. Cap. CXII.

Ex dictis Origenis. ANimæ defunctorum quatuor modis solvuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sacerotorū, aut charorū eleemosynis, aut ieunio cognatorum.

De nutriendis infirmis. Cap. CXIII.

Ex dictis Hieronymi. Nvtire infirmos, & fouere Christū nihil interest, nisi triendus enim est infirmus: quia Christus infirmi esse profitebitur.

Quod non noceant præterita, si non placeant præsentia. Cap. CXIII.

Ex dictis August. Non nocent mala præterita, si non placeant præsentia, præcipue si multis eleemosynis sint expiata.

Ex pœnitentiali Romano. De illis qui hospites recipere neglexerint. Cap. CXV.

Q Vicunque hospites nō recipit in domo sua, siue minus præcepit, & propter hoc regna cœlorū pro-

misiit, quanto tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, nec pedes lauabat, nec eleemosynam fecerat, tanto tempore pleniter in pane & aqua, si non cemendet, pœnitieat.

Vt clericis superflua pauperibus erogent.

Caput CXVI.

CLericus habens superflua, donet ea pauperibus. Sin *Ex codic.*
autem, post pœnitieat tempore quo viuat, in contritione, in pœnitentia remotus viuat.

De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. Cap. CXVII.

QVI peccatum imputando fratri imponit, prius quam seorsum arguat eum, satisfaciens ei, tres dies pœnitieat.

De illis qui diu reticent peccata sua. Cap. CXVIII.

SCIENDUM VERÒ EST, quanto quis tempore moratur in peccatis, tanto ei augenda est pœnitentia.

De illis qui aliquem in ira percusserint.

Caput CXIX.

SI quis alium per iram percusserit, & sanguinem effuderit: si laicus est, XX. dies pœnitieat: clericus, XXX. Illi *Rotoma.* autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus *cap. 9.* sex menses. Presbyter unum annum. Episcopus duos annos & sex menses.

De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed non potuerunt.

Caput CXX.

QVI ad feriendum hominem surrexerit, volens eum *Ex pœnitentia i* occidere tres hebdomadas pœnitieat. Si clericus fuit, sex menses: quod etsi vulnerauerit, XL. dies. Si clericus *Romano.* clericum, annum totum, sed & pecuniam pro modo vulneris cui inflxit, tribuat.

De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est ad mortem. Cap. CXXI.

QVI reticuerit delictum fratris quod est usq; ad mortem, neq; eū corripuerit, iuxta regulā euangelicā, primitali modo inter se, & ipsum solū, deinde inter alios, de *Theodo.*

PP. iiiii

D.BVRCHAR DI. EPIS. VVORMAC.

inde ad Ecclesiam culpam referens, si necesse fuerit, & quanto tempore fuit, tanto poeniteat.

Quod non liceat diacono, alicui dare pœnitentiam.

Caput CXXII.

Ex pœni- **N**on licet diacono alicui dare pœnitentiam: sed episcopaliter.

Romano.

Vt pœnitentia quæ dilata est, cùm petita fuerit non negetur. Cap. CXXIII.

Ex decre.

*D*issimilatio hæc potest non de contemptu esse remedium, sed de metu grauius delinquendi, unde pœnitentia quæ dilata est, cùm studiosius petita fuerit non negetur, vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat.

De illis qui despiciunt eos qui fideliter agapas fecerint.

Caput CXXIV.

Ex cōcil.

Gangrē.

cap. II.

Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, coniuvant pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare hujuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

De illis qui dicunt se non habere peccata.

Caput CXXV.

Ex cōcil.

Africa-

no, ca. 70

Item placuit, vt quod ait sanctus apostolus Ioannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipso decipimus, & veritas in nobis non est. Quisquis sic accipiendo putauerit, vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia verè ita est, anathema sit. Sequitur enim, & adiungit apostolus: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniuritate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam reveraciter dici: poterat enim apost. dicere: Si dixerimus, non habemus peccatum, nosipso extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait: Nosipso decipimus, & veritas in nobis non est: satis ostendit eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

De illis qui dicunt sanctos in oratione dominica, di-
mitte nobis debita nostra, non pro se sed pro a-
liis dicere. Cap. CXXVI.

Ex eode.

cap. 71.

Item placuit vt quicunq; dixerit in oratione dominica, ideo dicere sanctos: Dimitte nobis debita nostra, vt pro

seipso hoc non dicant: quia non est eis necessaria ista peti-
tio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, & ideo
non dicere vnumquemq; sanctorum, dimitte peccata mea,
sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro aliis potius,
quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. San-
ctus enim & iustus erat apostolus Iacobus, cùm dicebat: In
multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est o-
mnes: nisi vt ista sententia conueniret? Et in Psalmo vbi le-
gitur. Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iu-
stificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in oratione
sapientissimi Salomonis: Non est homo, qui non peccauit.
Et in libro sancti Iob: In manu omnis hominis signum, vt
sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel
sanctus & iustus, cùm in oratione pluraliter diceret: Pecc-
auimus, iniquitatem fecimus, &c. quæ ibi veraciter & hu-
militer confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam
fentiūt, hoc nō de suis, sed de populi sui potius dixisse pec-
catis, postea dixit: Cùm orarem, & confiterer peccata mea,
& peccata populi mei dño Deo meo. Noluit dicere pecca-
ta nostra sed populi sui dixit & sua: quoniā futuros istos qui
tam malè inteligerent, tanquam propheta præuidit.

*De illis qui episcopis suis clam sua confitentur pecca-
ta, & postea negare voluerint. Cap. CXXVII.*

I Tem placuit, vt si quando episcopus dicit aliquem sibi *Ex eodē*
soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille postea *cap. 77.*
negat, & pœnitere noluerit, non putet ad iniuriam suam
episcopus pertinere, quod illi soli non creditur, & si scrupulo
propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communica-
re, secretè tamen interdicat ei communionem, do-
nec obtemperet.

*De illis pœnitentibus qui attente leges pœnitentiae
exequentur. Cap. CXXVIII.*

Pœnitentes qui attente leges pœnitentiae exe-
quuntur, si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint, vbi *Carthag.*
eis subueniri non potuit, memoria eorum, & orationibus, *cap. 79.*
& oblationibus commendetur.

De illis qui se affligunt de obitu charorum.

Caput CXXIX:

Ex epistola,

Nos autem qui nouimus, qui hoc credimus, & doce-
mus, contrastari nimiū de obeuntibus non debemus, *pape, ne-*
Anastasi.

D. BVR CHAR DI EPIS. VVORMAC.

iane nobiliss. viro directa. cap. 11. ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentiae quodammodo genus est contra hoc, quod quisque prædicator querit iustitiam amans, dicente Apostolo: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus ut non contristemini, sicut & cæteri qui si non habent. Hac itaque frater charissime ratione prospicit studendum nobis est, ut sicut diximus, non de mortuis affligamur, sed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad utilitatem, & sit ad fructum dilectio. Define igitur charissime mœrem, & assume spiritalem fructum lætitiae, ad utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, seruorumque eius profectum, & vita huius quæcumque sunt spacia, eternis diuinisque officiis illustrare contende, ut qui insigne te præstitit, reddat sibi per secula clariorem.

De illis qui sibiipsis voluntarie mortem inferunt.

Caput CXXX.

Ex cœcil. Braggar. cap. 10. **P**lacuit ut hi qui sibiipsis voluntariè, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitum, aut per suspensum, vel quolibet modo inferūt mortem: nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt. Similiter & he his placueri, qui pro suis sceleribus puniuntur.

De eadem re. Cap. CXXXI.

Ex cœcil. Cabillon. cap. 5. **Q**vicunque se propria voluntate, aut in aquam iactuerit, aut collum ligauerit, aut de arbore præcipituerit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntariè se morti tradiderit, istius oblatio non recipiatur.

De illis qui cum infidelibus cibum sumere præsum- pserint. Cap. CXXXII.

Ex cœcil. Libertæ. **S**i verò quis clericus vel fidelis cum Iudeis cibum sumperit, placuit eum à communione abstineri, ut debet emendari.

De illis qui apostatant, & ad idel latriam se con- uertant. Cap. CXXXIII.

Ex codæ. **A**Dieatum est etiam quosdam Christianos ad apostoli, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos à Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant

renascédo, iubemus abscondi: & si resipiscétes fortè aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his quandiu viuant agendapénitentia est: & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, dicente domino: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat.

De eadem re. Cap. CXXXIII.

DE his qui apostatant, & raro se ad Ecclesiam repræsentant, nec quidem pœnitentiam agere querunt, & postea in infirmitate arrepti petunt communionem, placuit non dandam eis communionem, nisi reuelauerint eorum rectam fidem, & egerint fructus dignos pœnitentiae.

De illis qui Christiana mancipia captiuauerint.

Caput LXXXV.

SI quisunque hominem quolibet ingenio captiuauerit Ex pœnitentiiali
aut trasmiserit, tres annos pœnititeat.

De illis qui aream proximi sui incenderint.

Caput LXXXVI.

SI quis domum vel aream cuiuscunque voluntariè igne Ex pœnitentiiali
cremauerit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœnitentiam agat.

Romano.

De illis qui libidinose obtrectauerint puellam aut mulierem.

Cap. CXXXVII.

SI quis obtrectauerit puellæ aut mulieris peccatus, vel turpitudinem earum: si clericus est, quinque dies: si laicus, tres dies pœnititeat. Monachus vel sacerdos, à ministerio diuino suspensi, si aliquid tale fecerint, viginti dies pœnitentiant. Scriptum est enim: Neque tetigeritis neque obtrectaueritis turpitudinem fœminarum.

De illis qui in balneo cum mulieribus selauuerint.

Caput CXXXVIII.

SI quis in balneo cum mulieribus selauare presumperit, Ex pœnitentiiali
tres dies pœnititeat, & ulterius non presumat.

De administratione xenodochiæ, et decimæ.

Theodo.

Caput CXXXIX.

SI quis xenodochias pauperum administrat, vel decimas Ex eode.
populi suscepere, & si quis exinde vel suis secularibus lucris factandum aliquid substraxerit, quasi rerum alienatum inuasor: reus damnum restituat, & sub canonico iudicio reformetur, & agat pœnitentiâ tribus annis. Scriptum

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

est enim: Talem dispensatorem dominus querit, qui nisi
de suis nihil usurpet.

Vt fœminæ menstruatæ non offerant. Cap. CXL.

*Ex conci.
Moguti,
cap. 6.*

Mulieres menstruo tempore non offerant, nec sancti-
moniales, nec laicæ. Si præsumperint, tres hebdo-
madas pœnitentiant.

*De illis fœminis quæ ante mundum sanguinem Ec-
clesiam intrant, & quæ nupserint his diebus.*

Caput CXL I.

*Ex pœni-
tentiali
Theodo.*

Mulier quæ intrat Ecclesiam ante mundum sanguini-
post partu, si masculum generat, xxxiii. dies, si fe-
minam lvi. Si qua autem præsumperit ante tempus pre-
nitum Ecclesiæ intrare: tot dies in pane & aqua pœnitentia-
quot Ecclesia carere debuerat. Qui autem concubuerit cu-
ea his diebus, decem dies pœnitentia in pane & aqua.

*Quod monachi secularibus pœnitentiam dare non de-
beant.* Cap. CXL II.

*Ex conci.
Moguti,
cap. 22.*

Liberi sint monachi ad dandam pœnitentiam seculi-
ribus.

*Vt pœnitentes ante peractam pœnitentiam non recon-
ciliuntur.* Cap. CXL III.

*Ex eodē.
cap. 23.*

Non reconciliuntur pœnitentes si necessitas non coegerit, nisi post peractam pœnitentiam.

*De illis qui ad confessionem veniunt, necesse est ut pri-
mum de liuore inuidiae, & avaritia, interro-
gentur.* Cap. CXL IV.

*Ex pœni-
tentiali
Theodo.*

Sanè quia de liuore inuidiae, & de ira, necnon & de au-
ritia, vt superius digestum est, oriuntur homicidia, re-
cte, vt arbitror, censuimus de ipso vitio primū qualiter si-
cerdotali iudicio canonice penitus sit corrigendum offendere: ac deinde secundum ordinem vitiorum ita remediū
subsequatur, quo facilius vndeunque pœnitens purgari
voluerit, sine dilatione in singulis capitulis inueniatur.

*De illis qui soli Deo peccata sua confitenda esse af-
firmant.* Cap. CXL V.

Ex eodē.

Quidam Deo solūmodo confiteri debere dicūt pecca-
ta, vt Græci: quidam verò sacerdotibus confiten-
da esse percensent, vt tota sancta Ecclesia. Quod vtrunque
non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiæ, ita don-

taxat, ut & Deo qui remissor est peccatorum confiteamur peccata nostra, & hoc perfectorum est, & cum David dicimus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Duxi, confitebor aduersum me iniusticias meas domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed tamen apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro iniuicem ut saluemur. Confessio itaque quæ Deo soli fit, quod iustum est, peccata purgat: eaverò quæ sacerdoti fit, docet quæliter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis & sanitatis autor, & largitor, plerunque hanc præbet suæ potentiae iniuicibili administratione, plerunq; medicorū operatione.

De illis qui accipiunt pœnitentiam, & plus desiderant temporis constituti expletionem, quam peccati remissionem. Cap. CXLVI.

Multi, quod non sine dolore dicendum est, in pœnitentia, non tam peccati remissionem, quam temporis constituti expectant expletionem, & si carnium & vini usus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus perceptione, instantum deliciis suis indulget, ut deliciosius his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu viuere cognoscatur. Spiritualis autem abstinentia, quæ in pœnitentibus potissimum vigere debet, quorundam ciborum ac potionum perceptiones & desiderium fugere debet. Ille inquam, ille magis parsimonie seruire censendus est, qui sibi non solum quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitus interdicit.

Quod secundum canonum & pœnitentialium statuta, pœnitentiæ dandæ sint. Cap. CXLVII.

Cum igitur omnia consilia canonum quæ recipiuntur, Ex cœcil. sint à sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit Mogüti, eis viuendum & prædicandum, necessarium duximus, ut ea cap. 20. quæ ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis, & planctandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & benè intelligatur, & in populo prædicetur.

Vt nullus iniustas mensuras, & pondera iniusta, & à ciubus non collaudata, lucri causa dare præsumat. Cap. CXLVIII.

VT mensuræ & pondera iusta fiant, sicut indiuinis legibus censitum est, & in capitulari dominico contine-

*Ex pœnitentiali
Bede presbyteri.*

*Ex cœcil.
Mogüti,
cap. 20.*

*Ex eodē
cap. 21.*

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

tur, & iste sacer conuentus statuit. Sic omnibus nobis obseruare placet. Ut si quis iustas mensuras, & iusta pondera lucri causa mutare præsumperit, in pane & aqua viginis dies pœnitentia.

*De matre quæ infantem suum iuxta ignem posuerat,
& sua negligētia mortuus est.*

Caput CXLIX.

*Ex cōcil.
Triburi.
cui inter-
fuit rex*

*Arnol-
phus,
cap. 14.*

Ex cōcul.

*Hilderdeſi
cap. 10.*

Mater si iuxta focum in fantem posuerit, & alius homo aquam in caldariam miserit, & ebullita aqua infusa superflusus mortuus fuerit, pro negligētia mater pœnitentia, & ille homo securus sit.

*De ordinatis si antē vel post ordinationē in criminalibus
peccatis deprehensi fuerint. Cap. CL.*

DE his ergo visum est nobis conscribi qui sacros ordines habent, & ante vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur, in quibus ut mihi videtur hæc distantia esse debet, vt hi qui deprehensi vel capti fuerint publicè in perjurio, furto, atq; fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus, secundū sacrōrum canonicum instituta à gradu proprio deponantur: quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas constar esse. Nempe inde detrahuntur homines à sacrificio Dei, sicut quondam filii Heli peccantibus fecisse leguntur, & rebelles hinc atque contraria existentes, eorum prauis exempli quotidie peiores sunt: qd autem de prædictis viris per occultam confessionem mala à se absconsè commissa coram oculis Dei, præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipſos grauirer deliquisse accusant, si veraciter penituerint, & se per ieiunia, & eleemosinas, vigiliasque arque sacras orationes cum lachrymis purgare certauerint, his etiam gradu seruato spes veniae de misericordia Dei promittenda est, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: neque vult mortem peccatoris sed vt conuertatur, & viuat.

De viris ordinatis, quorum occulta peccata sunt.

Caput CL.

Ex cōcil.

Toletan.

DE viris ordinatis quorū occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compungit pro peccatis suis confessionē episcopo siue presbytero oc-

cultè faciunt, bonum mihi videtur, vt secundum id quod sibi decretum fuerit ab episcopo, sive presbytero, pœnitentiam agant, non trepidè, nec tardè, sed feruenter & solicitè, ac sic seueniam peccatorum à domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.

De illa fœmina quæ menstruosum suum sanguinem, & se-
men viri sui, & testam hominis cōbūsserit, & hæc om-
nia viro suo ad potandū dederit. Cap. CLII.

D E his etiam super quibus interrogasti, hoc 'est, de illa fœmina, quæ menstruum suum sanguinem immiscerit cibo vel potui, & dedit viro suo vt comederet, & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testa hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ, vt nobis videtur tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli: quia magicā artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui inagicam artem exercuisse noscuntur, & qui auguria attendunt, & diuinationes obseruant, Theodori archiepiscopi gentis Anglorum constitutions habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis, uno anno pœnitentiat, qui verò in magnis, decem annos pœnitentiat.

*Ex codice
cap. 17.*

Vt nullus aliud præsumat pœnitentiam dare, vel confes-
sionem audire, nisi episcopus aut presbyter.

Caput CLIII.

Sicut enim sacrificium offerre nō debent nisi episcopi & presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt: sic pœnitentia nec pœnitentium iudicia alij v̄surpare debent.

*Ex pœnitentiiali
Romano.*

D: eadam re. Cap. CLIV.

S I autem necessitas euenerit, & presbyter nō fuerit præ-
sens, diaconus suscipiat pœnitentem ad sanctam com-
munionem.

De temporibus quibus se continere debeant coniugati
ab uxoribus. Cap. CLV.

I N tribus quadragesimis anni, & in die dominico, & in quarta feria, & in sexta feria, coniugales continere se debent, nec illis diebus copulari, quām diu grauata fuerit uxor, id est, à quo die filius in utero motum fecerit, usque ad partum, à partu post, XXXIII. dies si filius est, si autem filia, post LVI.

*Ex cœcil.
Elibertia.*

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

De fœmina quæ sponte filium suum occiderit.

Caput CLVI.

Si mater filium suum sponte occiderit, quindecim annos pœnitentia, & nunquam mutet, nisi die dominica. Mulier autem paupercula si fecerit pro difficultate nutriendi, et ptem annos pœnitentia.

De illis qui in dominico die nupserint. Cap. CLVII.

Ex cœcil. Triburiæ si, cap. 51 **S**i quis nupserit die dominico, petat à Deo indulgiam, & quatuor dies pœnitentia.

De illis qui confessi iterant. Cap. CLVIII.

Ex cœcil. Tolata. **E**a quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti & sententia condementur.

De pœnitentia fidelium, ut confessio eorum non publicè fiat, sed priuatim. Cap. CLIX.

Ex epist. Leonis papæ, cap. 2. **I**llam etiam contra apostolicam regulam præsumptio nem quam nuper agnoui à quibusdam illicita usurpatiōne comitti, modis omnibus constituo submoueri, de pœnitentia scilicet, quæ à fidelibus postulatur: ne de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publicè recitetur. Conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non vereatur: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea qui pœnitentiam poscunt, non intendant publicare, amoueatur improbabilis consuetudo, nemulti à pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis facta reseruari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio quæ primùm domino fertur, tunc etiam sacerdoti qui pro delictis pœnitentium precator accedit: tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

FINIS Libri Deciminoi.